POENÆ INFERNALES
IXIONIS, SISYPHI, OCNI
Et
DANAIDUM,
Ex
DELINEATIONE
PIGHIANA
desumtæ,
Et
DIALOGO
illustratæ,
à

LAURENTIO BEGERO,
Augustissimi REGIS BORUSSIÆ Consiliario
ab Antiquitatibus & Bibliotheca.

COLONIÆ MARCHICÆ,
apud
ULRICUM LIEBPERTUM Typographum Regium
MDCCIII.

Discite justitiam moniti, & non temnere Divos!


Exclamavit DVLODORVS, cùm supplicium à quibusdam sumptum audivisset, qui infando scelere impias artes intendere, etiam in Regum & Rerumpublicarum fata conati fuerant. Ad ea ETASTES: Phlegiæ, inquit, hæc vox est, inter cœteros, infernales apud Virgilium pœnas sustinentis: Memorabili exemplô, etiam apud Ethnicos hominum scelera, licet in hâc vita forsan judicium effugiant, post mortem tamen nullô modô fore impunita. Ita est, respondit DVLODORVS; Cùmque fortuitus hîc nobis sermo sit, quid prohibet, ut ei aliquantisper inhæreamus? Id sanè suadet DELINEATIO PIGHIANA, in qua

POENÆ INFERNALES

IXIONIS, SISYPHI, OCNI ET DANAIDUM

Pinguntur, quam proinde penitius lustrare, haud spernendum, opinor, operæ pretium erit. Plures hîc video, inquit ETASTES, indeque non abs re feceris, si tuô more certas Sectiones statuas, & de quibuscunque seorsim & plenius me edoceas. Id agam, respondit DVLODORUS. Primas tenet

IXION.



Ixionem, inquit ETASTES, secundum Euripidem *Phlegiæ*: secundum

dum Æschylum, *Antionis*: secundum Pherecydem, *Pisiones* & *Æthonis*: secundum alios, *Martis* & *Pisidices* filium fuisse, Natalis Comes docet: Docet & *Diam* Eionei, vel Dejonei, filiam Eum duxisse: socerumque, ne promissa ex more munera solvere cogeretur, in foveam carbonariam detrusisse: indeque, cùm omnibus invisus vagaretur, tandem à Jove expiatum, & in cœlum assumtum esse: Ejus tamen felicitatis non diu compotem, Junoni stuprum intentasse, accusatumque apud Jovem, cum nube, quam ad expiscandam veritatem in Junonis effigiem Jupiter formaverat, congressum, Centauros progenuisse, commercioque superbum, quòd Junonis concubitum jactantius mentiretur, ad Inferos detrusum, rotæque affixum esse. Rectè hoc, inquit DVLODORVS; Sed sine authoritate, excepit ETASTES. Mihi sanè nisi antiquius suffragium accedat, non persuadebit. Si hoc desideres, respondit DVLODORVS, Scholiastes Apollonii se sistit, cujus en Tibi verba ad L. III. v. 62. Φλεγύȣ υἱὸς Ἰξίων, ὡς καὶ Ευριπίδης: Φλεγύȣ υἱέ δέσποτ' Ἰξίων. Φερεκύδης δὲ Αἴτωνος. Φήσι δὲ ὡς γαμήσας Δῖαν τὴν Ηοϊέως Θυγατέρα, πολλά ὑπέσχετο δώσειν δῶρα. Ἐλθόντος δὲ ἐπὶ ταῦτα τȣ̃ Ἠϊονέως, βέρεθρον ποιήσας καὶ πυρακτώσας, σκεπάζαι αὐτὸ λεπτοῖς ξύλοις καὶ κόνει λεπτῇ. Ἐμπεσὼν δὲ ὁ Ἠϊονεὺς ἀπόλλυται. Λύσσα δε τῷ Ἰξίωνι ἐνέπεσε, διὰ τȣ̃το καὶ ȣ̉δεὶς αὐτὸν ἤθελεν ἁγνίσαι, ȣ̎τε θεῶν ȣ̎τε ἀνθρώπων. Πρῶτος γαὶρ ἐμφύλιον ἄνδρα ἀπέκτεινεν. Ἐλεήσας δὲ αὐτὸν ὁ Ζεὺς ἁγίζει. Καὶ ἁγνισθεὶς ἠράσθη τῆς Ἥρας. Ὁ δὲ Ζεὺς Νεφέλην ὁμοιώσας Ἥρᾳ, παρακοιμίζει αὐτῷ. Καὶ ὕςερον ποιήσας τετράκνημον τροχὸν, καὶ δεσμεύσας αὐτὸν τιμωρεῖται. Ex his verbis non tantùm rei series patet; sed patet & Rotæ figura; τετράκνημον enim vocat, quòd *quatuor radiorum* esset, quanquam hoc in marmore nostro secus videatur; ejus enim radios *Octo* apertè cernimus. Si mathematicè, & ex hodierno usu, res intelligenda sit, respondit ETASTES, fateor; his enim radius est, qui à centro ad circumferentiam extenditur; si autem historicè, imò & etymologicè rem intuar, haud plures in rota hac mihi videor radios contemplari, quàm *quatuor*. Vox τετράκνημος composita est, ex τέτρα & κνήμη. κνήμη autem propriè *Tibiam*, sive *crus* significat. Cùm igitur antiquitùs, ante inventum rotæ modiolum, compositas in crucem κνήμας, sive Tibias, ut axis immitti posset, in medio perforarent, evidens utique est, sub voce κνήμη, eos *integrum rotæ crus*, quod hodiè duos radios constitueret, intellexisse, licet posteà hæc vox de radiis modiolô rotæ insertis fuerit usurpata. Hæc dicis, inquit DVLODORVS, an autem & probas? Omninò, respondit ETASTES; præter enim, quòd res ex hac pictura liquet, patet eadem ex antiquorum plaustris, quæ apud Scheferum prostant. De re, excepit DULODORUS, dubium fortassis non est: Nobis autem de nomine, sermo est. Si duos radios ex uno ligno factas vocabulo κνήμης significari eviceris, Tibi accedam: si non, patieris cum Scholiaste Pindari me sentire, qui ad verbum, τετράκνημον. κνήμη, inquit, ἐςιν ἡ τȣ̃ τροχȣ̃ ῥάβδος, ἡ διήκȣσα ἀπὸ τῆς χοινικίδος ἐπὶ τὸν κύκλον. Οἱ δὲ ἁρμάτειοι τροχοὶ τῶν ἀνθρώπων ἑξάκνημοί εἰσιν. Οἱ δὲ τῶν Θεῶν δι' ὑπερβολὴν κόσμȣ παρὰ τῷ Ὁμήρῳ ὀκτάκνημοι εἶναι λέγονται. Οἰκείως δὲ ὁ Πίνδαρος τὸν τȣ̃ Ἰξίονος τροχὸν, τετράκνημον φησιν, ἵνα τοῖς μὲν δυσὶ ποσὶ τὰς δυὸ, ταῖς δὲ δύο χερσὶ τὰς δύο προσάψῃ κνήμας ἴσον ταῖς χερσὶ καὶ τοῖς ποσὶν, ὡς εἰς τὴν δέσιν ἀμφοτέρων ἐξαρκῶν ποδῶν δηλονότι καὶ χειρῶν. Quibus ex

ver-

verbis utique, non tantùm de vocabuli κνήμης significatione discimus; Sed etiam discimus, quomodo vox τετράκνημος apud Pindarum, ex quo proculdubio & Scholiastes Apollonii rem hausit, accipi debeat: scilicet non ad integram rotam & omnes rotæ radios respiciendo; sed ad eos tantùm, ad quos Ixion alligatus fuit: ideò sanè non τροχὸν τετράκνημον dixit Pindarus, licet hoc postea Scholiastæ fecerint; sed δεσμὸν τετράκνημον, *vinculum quatuor radiorum*. Fuisse autem rotam octo radiorum, utique inde confeceris, quòd secundum Scholiastem Apollonii Jupiter eam confecisse memoratur; Deorum autem rotæ, uti modò ex Scholiaste Pindari audivimus ὀκτάκνημοι fuerint. At eôdem, imò & ipsô Pindaro authore, inquit ETASTES, non Jupiter, sed ipse Ixion rotam hanc confecit; Ita enim Poeta:

Τὸν τετράκνα-
μον ἔπραξε δεσμὸν,
Ἑὸν ὄλεθρον ὅ γ' ἐν δ' ἀφύκτοι-
σι γυιοπέδαις πεσὼν
Τὰν πολύκοινον ἀνεδέ-
ξατ' ἀγγελίαν.

Quadriradium au-
tem fecit vinculum
Suam perniciem ille. In verò non evitabi-
lia membrorum vincula illapsus
Illud multum commune suscepit
nuncium.

Ad quem locum Scholiastes, ὁ νοῦς, inquit, τὸν δὲ τετράῤῥαβδον δεσμὸν ἤνυσε καὶ κατειργάσατο ὁ Ἰξίων, ἑὸν ὄντα δεσμὸν ὀλέθριον. Scio hæc, inquit DULODORUS; sed rem eôdem cadere arbitror, sive Ixion, sive Jupiter rotam confecerit; IXION enim inter DEos versabatur, & ambitione tantâ, ut nec minores vel Jove summô spiritus gereret; Quid mirum igitur, si & ipse rotam confecerit DEorum rotis consimilem, quæ postea supplicii ejus instrumentum fuerit? De rotâ loquuntur Authores, inquit ETASTES, & rotam etiam præfert nostra delineatio; An autem Ixion rotæ affixus fuerit, id aliquô modô dubium videtur facere Ovidius, Met. X. ubi non *Rotam*, sed *Orbem* memorat:

Stupuitque Ixionis Orbis.

Ob rotunditatem huic ita vocatur, respondit DULODORUS, non minus ac Virgilio Georg. 4.

Atque Ixionei vento rota constitit orbis.

Ubi rotam cum orbe conjungit: Alii autem Rotam solam memorant, ut Tibull. L. 1. El. 3.

Illic Junonem tentare Ixionis ausi
Versantur celeri noxia membra rotâ.

Et Claudianus L. 2. de Raptu.

Non rota suspensum præceps Ixiona torquet.

 Imò

Imò & ipſe Virgilius L. Æn. 6.

Saxum ingens volvunt alii, radiisque rotarum
Diſtricti pendent,

Id quod ad propoſitum egregiè quadrat. Fateor, inquit ETASTES; Sed ex allato Libri IV. Georg. Hemiſtichio patet, Rotam hanc vento actam. Ita enim ad eum locum Servius: *Hoc*, inquit, *dicit, cum vento ſuo rota conſtitit, id eſt, cum cauſa volubilitatis quievit.* Si verum hoc ſit, quid rotæ adſtans Mercurius? Annon hic Rotam videbitur volvere? Siniſtram ſanè rotæ admovet. Mercurius, reſpondit DVLODORVS, cur rotæ adſtet, ex Hygino patet Fab. 62. *Mercurius*, inquit, *Jovis juſſu Ixionem ad Inferos conſtrinxit, qui ibi adhuc dicitur verti.* Quanquam quid prohibet Mercurium hîc agnoſcere, poſt adſtrictum Ixionem, primum rotæ imprimentem motum? eumque, qui poſtea à ventis fuerit continuatus? Idque in perpetuum, ſecundum Diod. Bibl. Hiſt. L. IV. Τέλος δὲ μυθολογοῦσι τὸν Ἰξίονα διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἡμαρτημένων ὑπὸ Διὸς ἐνδεθῆναι, καὶ τελευτήσαντα τὴν τιμωρίαν ἔχειν αἰώνιον. *Tandem fabulantur ob magnitudinem flagitiorum Ixiona rotæ à Jove alligatum, ſempiternis poſt mortem cruciatibus torqueri.* A Jove, excepit ETASTES. At modo dixiſti, id à Mercurio Jovis juſſu factum? Quod quis per alium facit, reſpondit DVLODORVS, id ipſe feciſſe putatur. Hoc equidem verum, inquit ETASTES; At noxios punire, nec Mercurii munia erant, præſertim eô in genere, quo Vulcani potius artificium requirebatur, qui Prometheum ſimili modô Caucaſo adſtrinxiſſe, apud Æſchylum legitur: niſi forſan Ixiona loris alligatum arbitremur. Imò ferreis aut æreis catenis, reſpondit DULODORUS; Id patet ex Apollonio Argon. L. III. v. 62. ubi Juno Æſonidem ſe ſervaturum ait:

Ει καὶ ἐς ἀΐδα ναυτίλληται
Λυσόμενος χαλκέων Ἰξιόνα νείοθι δεσμῶν

Et ſi ad infernum navigarit,
Soluturus ferreis Ixiona de catenis.

Sed hoc non obſtat, ut Mercurius eas rotæ alligare, iisque Ixiona conſtringere potuerit; neque enim radiorum craſſities, neque etiam ipſius Mercurii dignitas id prohibet. Radiorum craſſities tanta non eſt, ut non catena eas ambire potuerit. Mercurii dignitas Deorum Miniſtrum adumbrat, cujus erat, *juſſa patris exſequi.* Rectè philoſopharis, inquit ETASTES; Illud tamen mirari ſubit, quod angues hîc omiſſi ſint, quos tamen circa rotam Virgilius notat:

Invidia infelix Furias, amnemque ſeverum
Cocyti metuet, tortosque Ixionis angues,
Immanemque rotam.

Locus hic, repoſuit DULODORUS, ad propoſitum multum facit; Licet enim angues in hoc non appareant, Ixionis tamen ſupplicium marmoribus exprimi ſolitum, inde clarè didiceris; promittit enim Virgilius, id inter alia in templo Cæſaris ſe ex Pario lapide poſiturum. Si autem ad angues reſpicias, en alterum argumentum, cur Ixionis alligatio non tam Vulcano, quàm Mercurio fuerit mandata; Angues enim non circa rotam memorat,

ſed

ed anguibus Ixionem rotæ alligatum innuit; Ita enim Servius ad eum locum: *angues*, inquit, *quibus religatus ad rotam est*. Adeò ut duplex de vinculis opinio fuerit, *alterâ* catenas æreas aut ferreas, *alterâ* angues venditante. Mirum autem non est, neutros in proposito apparere, utpotecùm temporum injuria eos facilè potuerit delere. De supplicii causa, inquit ETASTES: Imò & de fabulæ ortu audire placet; neque enim sine his rei basin assequi potero. Supplicii causam, respondit DULODORUS, plerique jactantiam arbitrantur, qua Junoni se cohabitasse passim eblateraverit. Pindarus mortem Soceri, & adulterium Junoni intentatum, conjungit his verbis:

Δύο δ' ἀμπλακίαι
Φερέπονοι τελέθοντι. Τὸ μὲν
Ἥρως, ὅτι τ' ἐμφύλιον αἷμα πρώ-
τιςος ἐκ ἄτερ τέχνας,
Ἐπέμιξε θνατοῖς
Ὅτι τὲ μεγαλοκευθέεσ-
σιν ἔν ποτε θαλάμοις,
Διὸς ἄκοιτιν ἐπειρᾶ-
το.

Duæ autem culpæ
Ærumnæ portatrices sunt. Una,
Quòd Heros cognatum sanguinem pri-
mus non sine fraude
Miscuit inter homines:
Altera, quòd in magna penetralia haben-
tibus Thalamis
Jovis uxorem tentave-
rat.

Hæc Pindarus. Diodorus Siculus autem διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἡμαρτημένων *ob magnitudinem flagitiorum* id factum asserit: Adeò ut inde colligas, non jactantiam solam: Nec fortassè solam fraudulentam soceri cædem, adulteriumque; Sed omnia malè acta in censum venisse, cùm de supplicio Jupiter ageret. Fabulæ ortum merè fictitium arbitratur Plutarchus, in eos excogitatam scribens, qui ambitiosô fastu, pro virtute, Virtutis nubem sive gloriam amplectuntur, indeque nihil laudabile agunt; sed vanis continuè agitationibus cruciantur. En verba in Agide & Cleomene. Ὀυκ ἀτόπως τινὲς, ἐδὲ φαύλως συγκεῖσθαι πρὸς τὲς φιλοδόξες ὑπονοῦσι τὸν ἐπὶ τῷ Ἰξίωνι μύθον, ὡς δὴ λαβόντι τὴν νεφέλην ἀντὶ τῆς Ἥρας, καὶ τῶν Κενταύρων ὕτως γενομένων. Καὶ γὰρ ὗτοι τῆς ἀρετῆς ὥσπερ εἰδώλῳ τινὶ, τῇ δόξῃ συνόντες, ἐδὲν εἰλικρινὲς ἐδ' ὁμολογύμενον, ἀλλὰ νόθα καὶ μικτὰ πολλὰ πράττεσιν, ἄλλοτε ἄλλας φορὰς φερόμενοι, ζήλοις καὶ πάθεσιν ἐπακολεθῦντες.

Hæc Plutarchus. Tzetzes autem, & Alii, rem historicè deducunt: Jovem Regem arbitrati fuisse, qui cùm Ixionem in aulam & intimorum notitiam recepisset, illeque beneficii immemor Reginæ pudicitiam tentasset, pro

uxo-

Imò & ipse Virgilius L. Æn. 6.

Saxum ingens volvunt alii, radiisque rotarum
Districti pendent,

Id quod ad propositum egregiè quadrat. Fateor, inquit ETASTES; Sed ex allato Libri IV. Georg. Hemistichio patet, Rotam hanc vento actam. Ita enim ad eum locum Servius: *Hoc*, inquit, *dicit, cum vento suo rota constitit, id est, cum causa volubilitatis quievit.* Si verum hoc sit, quid rotæ adstans Mercurius? Annon hic Rotam videbitur volvere? Sinistram sanè rotæ admovet. Mercurius, respondit DVLODORVS, cur rotæ adstet, ex Hygino patet Fab. 62. *Mercurius*, inquit, *Jovis jussu Ixionem ad Inferos constrinxit, qui ibi adhuc dicitur verti.* Quanquam quid prohibet Mercurium hîc agnoscere, post adstrictum Ixionem, primum rotæ imprimentem motum? eumque, qui postea à ventis fuerit continuatus? Idque in perpetuum, secundum Diod. Bibl. Hist. L. IV. Τέλος δὲ μυθολογοῦσι τὸν Ἰξίονα διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἡμαρτημένων ὑπὸ Διὸς ἐνδεθῆναι, καὶ τελευτήσαντα τὴν τιμωρίαν ἔχειν αἰώνιον. *Tandem fabulantur ob magnitudinem flagitiorum Ixiona rotæ à Jove alligatum, sempiternis post mortem cruciatibus torqueri.* A Jove, excepit ETASTES. At modo dixisti, id à Mercurio Jovis jussu factum? Quod quis per alium facit, respondit DVLODORVS, id ipse fecisse putatur. Hoc equidem verum, inquit ETASTES; At noxios punire, nec Mercurii munia erant, præsertim eô in genere, quo Vulcani potius artificium requirebatur, qui Prometheum simili modô Caucaso adstrinxisse, apud Æschylum legitur: nisi forsan Ixiona loris alligatum arbitremur. Imò ferreis aut æreis catenis, respondit DULODORUS; Id patet ex Apollonio Argon. L. III. v. 62. ubi Juno Æsonidem se servaturum ait:

Ει καὶ ἐς ἀΐδα' ναυτίλληται
Λυσόμενος χαλκέων Ἰξιόνα νείοθι δεσμῶν

Et si ad infernum navigarit,
Soluturus ferreis Ixiona de catenis.

Sed hoc non obstat, ut Mercurius eas rotæ alligare, iisque Ixiona constringere potuerit; neque enim radiorum crassities, neque etiam ipsius Mercurii dignitas id prohibet. Radiorum crassities tanta non est, ut non catena eas ambire potuerit. Mercurii dignitas Deorum Ministrum adumbrat, cujus erat, *jussa patris exsequi.* Rectè philosopharis, inquit ETASTES; Illud tamen mirari subit, quod angues hîc omissi sint, quos tamen circa rotam Virgilius notat:

Invidia infelix Furias, amnemque severum
Cocyti metuet, tortosque Ixionis angues,
Immanemque rotam.

Locus hic, reposuit DULODORUS, ad propositum multum facit; Licet enim angues in hoc non appareant, Ixionis tamen supplicium marmoribus exprimi solitum, inde clarè didiceris; promittit enim Virgilius, id inter alia in templo Cæsaris se ex Pario lapide positurum. Si autem ad angues respicias, en alterum argumentum, cur Ixionis alligatio non tam Vulcano, quam Mercurio fuerit mandata; Angues enim non circa rotam memorat,

sed

ed anguibus Ixionem rotæ alligatum innuit; Ita enim Servius ad eum locum: *angues*, inquit, *quibus religatus ad rotam est.* Adeò ut duplex de vinculis opinio fuerit, *alterâ* catenas æreas aut ferreas, *alterâ* angues venditante. Mirum autem non est, neutros in proposito apparere, utpotecùm temporum injuria eos facilè potuerit delere. De supplicii causa, inquit ETASTES: Imò & de fabulæ ortu audire placet; neque enim sine his rei basin assequi potero. Supplicii causam, respondit DULODORUS, plerique jactantiam arbitrantur, qua Junoni se cohabitasse passim eblateraverit. Pindarus mortem Soceri, & adulterium Junoni intentatum, conjungit his verbis:

Δύο δ' ἀμπλακίαι
Φερέπονοι τελέθοντι. Τὸ μὲν
Ἥρως, ὅτι τ' ἐμφύλιον αἷμα πρώ-
τισος ὐκ ἄτερ τέχνας,
Ἐπέμιξε θνατοῖς
Ὅτι τὲ μεγαλοκευθέεσ-
σιν ἔν ποτε θαλάμοις,
Διὸς ἄκοιτιν ἐπειρᾶ-
το.

Duæ autem culpæ
Ærumnæ portatrices sunt. Una,
Quòd Heros cognatum sanguinem pri-
mus non sine fraude
Miscuit inter homines:
Altera, quòd in magna penetralia haben-
tibus Thalamis
Jovis uxorem tentave-
rat.

Hæc Pindarus. Diodorus Siculus autem διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἡμαρτημένων *ob magnitudinem flagitiorum* id factum asserit: Adeò ut inde colligas, non jactantiam solam: Nec fortassè solam fraudulentam soceri cædem, adulteriumque; Sed omnia malè acta in censum venisse, cùm de supplicio Jupiter ageret. Fabulæ ortum merè fictitium arbitratur Plutarchus, in eos excogitatam scribens, qui ambitiosô fastu, pro virtute, Virtutis nubem sive gloriam amplectuntur, indeque nihil laudabile agunt; sed vanis continuè agitationibus cruciantur. En verba in Agide & Cleomene. Οὐκ ἀτόπως τινὲς, ὐδὲ φαύλως συγκεῖσθαι πρὸς τὺς φιλοδόξυς ὑπονοῦσι τὸν ἐπὶ τῷ Ἰξίωνι μύθον, ὡς δὴ λαβόντι τὴν νεφέλην ἀντὶ τῆς Ἥρας, καὶ τῶν Κενταύρων ὕτως γενομένων. Καὶ γὰρ ὗτοι τῆς ἀρετῆς ὥσπερ εἰδώλῳ τινὶ, τῇ δόξῃ συνόντες, ὐδὲν εἰλικρινὲς ὐδ' ὁμολογύμενον, ἀλλὰ νόθα καὶ μικτὰ πολλὰ πράττυσιν, ἄλλοτε ἄλλας φορὰς φερόμενοι, ζήλοις καὶ πάθεσιν ἐπακολυθῦντες.

Hæc Plutarchus. Tzetzes autem, & Alii, rem historicè deducunt: Jovem Regem arbitrati fuisse, qui cùm Ixionem in aulam & intimorum notitiam recepisset, illeque beneficii immemor Reginæ pudicitiam tentasset, pro uxo-

uxore servam ei subjecerit: Reginæque inde concubitum arrogantius jactantem, à secretis removerit, & in infimum miseriarum barathrum, ut ibi ambitionis suæ & jactantiæ torminibus vexaretur, rejecerit. Verisimiliter hoc, inquit ETASTES. Qui autem sunt illi duo, qui juxta rotam saxis incumbunt? *Thesea* arbitrer & *Phlegyam*, inquit DULODORUS. De utroque certè Virgilius Æneid. L. 6. cum *alios radiis rotarum districtos* me morasset, appositè addit:


Sedet, æternumque sedebit
Infelix Theseus, Phlegyasque miserrimus omnes
Admonet, & magna testatur voce per umbras:
Discite justitiam moniti, & non temnere Divos.

De Phlegya certè, etiam Statius:

Subter cava saxa jacentem
Æterno premit accubitu.

Quid his culpæ datur? infit ETASTES. Theseo, respondit DULODORUS, quòd cum Pirithoo Proserpinam tentasset rapere: Phlegyæ, quòd Templum Apollinis incendisset; Ita enim Servius, ad d. Virgilii locum *Phlegyas Ixionis Pater habuit Coronidem filiam, quam Apollo vitiavit, unde suscepit Æsculapium: quod pater dolens, incendit Apollinis templum, & ejus sagittis est ad inferos trusus.* Theseum, inquit ETASTES, æternum sessurum, canit Virgilius; cùm tamen, nisi fallor ab Hercule reductus fuerit? Benè mones, excepit DULODORUS. Etiam in Manuscripto Pighiano & quidem sequenti schemate,


THESEUS
ab Hercule reducitur,



Virgiliumque hôc locô contra opinionem scripsisse, etiam Servius observat; quan-

quanquam forsitan & excusari possit, modô credatur, quod idem Servius subjicit: *Hercules Theseum ita abstraxit, ut illic corporis sui relinqueret partem.* At mihi, excepit ETASTES, Hercules non Theseum tantùm; sed & Pirithoum reduxisse, hactenus creditum est. Id cum Diodoro Siculo, respondit DULODORUS, & cum Hygino facis; Solum autem Theseum, quòd coactus descenderat, ab Hercule reductum: Pirithoum autem, quòd descenderat spontè, ab eodem relictum fuisse, jamdudum notavit Natalis Comes. Apud Pausaniam, excepit ETASTES, Theseum ex terra exscendentem, inter picturas Athenarum, memini memorari; an idem fuerit cum proposito? Rem nec dixerim, respondit DULODORUS, nec negaverim. Reductionem apertè non exprimit Pausanias: Herculem tamen non omittit; Sed de his hactenus. Sequitur

SISYPHUS



Sisyphi saxum volvere, inquit ETASTES, apud Terentium proverbiô dici, etiam in Scholis didici: Nunc gaudeo, rem in pictura mihi ostendi, quam tunc ex verbis non sat apertè poteram concipere. Antequam autem de supplicio agamus, velim de genere & vita Sisyphi me doceas; Inde enim, quô crimine supplicium meruerit, eò clarius potero intelligere. Si genus respicias, respondit DULODORUS, Æoli filium agnosces; ideò enim passim apud Poetas *Æolides* vocatur: ut apud Horatium Od. 14. L. 2.

Damnatus Longi
Sisyphus Æolides Laboris:

Et Ovidium Metam. 13.

Æolidem saxum grave Sisyphon urget.

Æolidem dici, inquit ETASTES, in confesso est. An autem à Patre? An ab Æolensibus? id verô dubium videtur. Apollonii certè Enarrator posterius asserit, ὐκ ἀπ' Αἰόλȣ, ἀλλ' ἀπὸ τῶν Αἰόλȣ. *Non ab Æolo, sed ab iis, qui ab Æolo genus ducebant,* Sisyphum *Æolidem* dictum existimans. Natalis Comes locum citat, inquit DVLODORVS, ejusque vigore incertum ait,

uxore servam ei subjecerit: Reginæque inde concubitum arrogantius jactantem, à secretis removerit, & in infimum miseriarum barathrum, ut ibi ambitionis suæ & jactantiæ torminibus vexaretur, rejecerit. Verisimiliter hoc, inquit ETASTES. Qui autem sunt illi duo, qui juxta rotam saxis incumbunt? *Thesea* arbitrer & *Phlegyam*, inquit DULODORUS. De utroque certè Virgilius Æneid. L. 6. cum *alios radiis rotarum districtos* memorasset, appositè addit:


Sedet, æternumque sedebit
Infelix Theseus, Phlegyasque miserrimus omnes
Admonet, & magna testatur voce per umbras:
Discite justitiam moniti, & non temnere Divos.

De Phlegya certè, etiam Statius:

Subter cava saxa jacentem
Æterno premit accubitu.

Quid his culpæ datur? infit ETASTES. Theseo, respondit DULODORUS, quòd cum Pirithoo Proserpinam tentasset rapere: Phlegyæ, quòd Templum Apollinis incendisset; Ita enim Servius, ad d. Virgilii locum *Phlegyas Ixionis Pater habuit Coronidem filiam, quam Apollo vitiavit, unde suscepit Æsculapium: quod pater dolens, incendit Apollinis templum, & ejus sagittis est ad inferos trusus.* Theseum, inquit ETASTES, æternum sessurum, canit Virgilius; cùm tamen, nisi fallor ab Hercule reductus fuerit? Benè mones, excepit DULODORUS. Etiam in Manuscripto Pighiano & quidem sequenti schemate,

THESEUS
ab Hercule reducitur,



Virgiliumque hôc locô contra opinionem scripsisse, etiam Servius observat; quan-

quanquam forſitan & excuſari poſſit, modò credatur, quod idem Servius ſubjicit: *Hercules Theſeum ita abſtraxit, ut illic corporis ſui relinqueret partem.* At mihi, excepit ETASTES, Hercules non Theſeum tantùm; ſed & Pirithoum reduxiſſe, hactenus creditum eſt. Id cum Diodoro Siculo, reſpondit DULODORUS, & cum Hygino facis; Solum autem Theſeum, quòd coactus deſcenderat, ab Hercule reductum: Pirithoum autem, quòd deſcenderat ſpontè, ab eodem relictum fuiſſe, jamdudum notavit Natalis Comes. Apud Pauſaniam, excepit ETASTES, Theſeum ex terra exſcendentem, inter picturas Athenarum, memini memorari; an idem fuerit cum propoſito? Rem nec dixerim, reſpondit DULODORUS, nec negaverim. Reductionem apertè non exprimit Pauſanias: Herculem tamen non omittit; Sed de his hactenus. Sequitur

SISYPHUS



Siſyphi ſaxum volvere, inquit ETASTES, apud Terentium proverbiô dici, etiam in Scholis didici: Nunc gaudeo, rem in pictura mihi oſtendi, quam tunc ex verbis non ſat apertè poteram concipere. Antequam autem de ſupplicio agamus, velim de genere & vita Siſyphi me doceas; Inde enim, quô crimine ſupplicium meruerit, eò clarius potero intelligere. Si genus reſpicias, reſpondit DULODORUS, Æoli filium agnoſces; ideò enim paſſim apud Poetas *Æolides* vocatur: ut apud Horatium Od. 14. L. 2.

Damnatus Longi
Siſyphus Æolides Laboris:

Et Ovidium Metam. 13.

Æolidem ſaxum grave Siſyphon urget.

Æolidem dici, inquit ETASTES, in confeſſo eſt. An autem à Patre? An ab Æolenſibus? id verô dubium videtur. Apollonii certè Enarrator poſterius aſſerit, ὀυκ ἀπ' Αἰόλου, ἀλλ' ἀπὸ τῶν Αἰόλου. *Non ab Æolo, ſed ab iis, qui ab Æolo genus ducebant,* Siſyphum *Æolidem* dictum exiſtimans. Natalis Comes locum citat, inquit DVLODORVS, ejuſque vigore incertum ait,

cujus Sisyphus filius fuerit. Sed Æoli filium utique Apollodorus testatur. Αἴολος δὲ, βασιλεύων τῶν περὶ τὴν Θεσσαλίαν τόπων τοὺς ἐνοικοῦντας Αἰολεῖς προσηγόρευσε, καὶ γήμας Ἐναρέτην τὴν Δηϊμάχου, παῖδας μὲν ἐγέννησεν ἑπτὰ, Κρηθέα, Σίσυφον &c. *Æolus locis, quæ circa Thessaliam sunt, imperans Populis Æolensibus nomen imposuit, qui ductâ Enarete Deimachi filiâ, septem ex ea filios procreavit, Critheum, Sisyphum &c.* Et aliô loco: Σίσυφος Αἰόλου κτίσας Ἐφύραν. *Sisyphus Æoli filius Ephyram condidit.* Ex his utique clarum est, non ab Æolensibus, sed ab Æolo Patre, Sisyphum *Æolidem* dictum esse: Nec recentionibus tantùm; Sed etiam ipsi Poetarum Parenti Homero Il. ζ v. 164.

Ἔνθα δὲ Σίσυφος ἔσκεν ὃ κέρδιστος γένετ' ἀνδρῶν,
Σίσυφος Αἰολίδης.

Hic autem Sisyphus fuit, qui prudentissimus exstitit virorum,
Sisyphus ÆOLIDES.

Imò nec peregrinô aliquô locutionis genere; sed consuetâ Patronymicorum Etymologiâ; Ita enim & Ulysses à Patre Laërte *Laertiades*, Achilles à Patre Peleo πηληιάδης, Admetus à Patre Pherete φερητιάδης &c. dicuntur: Et licet Patronymica etiam de descendentibus, gradu remotiore dicantur, uti Δαρδανίδης de Paride, apud Coluthum v. 277. id tamen locum non habet, ubi aliorum testimoniô constat, primum generationis gradum iis denotari.

De Patre acquiesco, inquit ETASTES; sed velim, etiam de Matre doceas. Enarete vocabatur, respondit DULODORUS, eratque Deimachi filia, uti modô ex Apollodoro audivimus. At quis ille Deimachus perrexit ETASTES. Filius Nelei, respondit DULODORUS; Peliæ Fratris, id quod ex eodem authore liquet, in quo maternum Sisyphi genus tale delineatur:

Neptunus

Neleus — *Pelias*

Deimachus

Æolus — *Enarete*

Sisyphus.

De Genere, inquit ETASTES, hæc sufficiant. De genere vitæ deinceps audire placet. Rex erat, respondit DULODORUS, & quidem Ephyræ à se conditæ, quæ postea *Corinthus* dicta est. Regem fuisse, ex Chronico Eusebii patet, qui Corinthiorum primum eum facit, Successoresque annos 308. regnasse asserit, pulsos Ao. M. 2951. ab Heraclidis. De Ephyra Condita, & quod hæc cum Corintho eadem sit, est testimonium Apollodori, quem jam suprà tetigimus, ex quo & de de uxore & de liberis constat: Σίσυφος Αἰόλου κτίσας Ἐφύραν, τὴν νῦν λεγομένην Κόρινθον, γαμεῖ Μερόπην, τὴν Ἄτλαντος. Ἐξ αὐτῶν Γλαῦκος, ᾧ παῖς Βελλεροφόντης ἐξ Εὐρυμέδης ἐγεννήθη. *Sisyphus Æoli filius, conditâ Ephyrâ, cui nunc Corinthus nomen est, Meropen Atlantis filiam sibi uxorem conjungit: Ex iis Glaucus oritur, qui Bellerophontem ex Eurymede suscepit.* Quicquid sit, inquit

quit ETASTES, facinorosus tamen fuerit oportet, qui tam enormi supplicio apud Inferos fuit addictus. Id quibusdam videtur, respondit DULODORUS. Laudanda tamen ejus prudentia, quâ notatis sub ungula bobus, Autolyci dolos elusisse memoratur. Historiam, inquit ETASTES, apud Nat. Comitem legisse memini. Ubi & *Anticleam* Autolyci filiam eô factô meruisse dicitur, ex qua Anticlea Laertis uxor: Licet Suidas Anticleam non Autolyci; sed ipsius Sisyphi filiam faciat, Autolyco, ut boves ab eo reciperet, à Sisypho prostitutam. Sed quomodo hoc cum Apollodoro convenit, qui uxorem Sisyphi, ut modò audivimus, *Meropen* statuit? Rectè mones, inquit DVLODORVS; Notandum enim, Alios non duas Anticleas, sed unam: non Sisyphi filiam, nec à Sisypho in matrimonium ductam; sed vitiatam statuere, uti videri potest in Theatro Geneal. Henningii Tom I. p. 303. sub Laërte. Laerti scilicet additâ dote amplissimâ ea collocata, vel â Sisypho, vel ab Autolyco, ut probrum domûs celaretur. Cæterùm & illud in laudibus Sisyphi ponendum, quòd Melicertem à Delphino in Isthmum ejectum humavit, & ludos Gymnicos ejus honori instituit. Rem ex Pausania discimus, cujus en verba in Corinth; Προϊοῦσι ἡ πίτυς ἄχρι τι ἐμοῦ ἐπιφύκει παρὰ τὸν Αἰγιαλόν. Καὶ Μελικέρτου βωμὸς ἦν. Ες τοῦτον τὸν τόπον ἐκκομισθῆναι τὸν παῖδα ὑπὸ Δελφῖνος λέγουσι. Κειμένῳ δὲ ἐπιτυχόντα Σίσυφον θάψαι τε ἐν τῷ Ισθμῷ, καὶ τὸν ἀγῶνα ἐπ' αὐτῷ ποιῆσαι τῶν Ισθμίων. *Progredientibus Pinus in litore ad meam ætatem usque enata visitur, fuit & Melicertæ ara. Eò enim à Delphino puerum evectum memorant, quem cum offendisset expositum Sisyphus, & humarit in Isthmo, & Isthmicos in ejus honorem ludos instituerit.* Humanitatem hæc sapiunt, Inquit ETASTES. Natalis Comes autem inter alias supplicii causas etiam eam ponit, quòd variis tormentorum generibus hospites excruciare sit solitus. Addere potuisset & fraudes, respondit DVLODORVS, de quibus apud Ovidium Ajax de Ulysse locutus:

Quid sanguine cretus
Sisyphio, furtisque & fraude simillimus illi?

Sed videtur iniquiorem famam meritus, quòd Atheniensium agros infestasset. Si autem hoc Regios viros deturpat, papæ! Quis Heroum labe carebit? Idem fatum subiit & Minos, de quo alibi: quanquam eò adhuc felicior, quòd apud Inferos non suppliciis excruciatus, sed supplicia sævus Judex irrogasse legatur. Quicquid sit, in Isthmo sepultum, ex eodem Pausania discimus, adeô ut de persona, de qua hic agitur abundè constet.

Ad fabulam accingimur, inquit ETASTES. Saxum volventem hîc video. Id suis carminibus, respondit DVLODORVS, eleganter describit Poëtarum Princeps.

Καὶ μὲν Σίσυφον εἰσεῖδον κρατέρ' ἄλγε' ἔχοντα,
Λᾶαν βαστάζοντα πελώριον ἀμφοτέρῃσιν
Ἤτοι ὁ μὲν σκηριπτόμενος χερσίν τε ποσίν τε,
Λᾶαν ἄνω ὤθεσκε ποτὶ λόφον. Ἀλλ' ὅτε μέλλοι
Ἄκρον ὑπερβαλέειν τότ' ἀποστρέψασκε κραταιΐς
Αὖτις, ἔπειτα πέδον δὲ κυλίνδετο λᾶας ἀναιδής,
Αὐτὰρ ὅγ' ἂψ ὤσασκε τιταινόμενος. Κατὰ δ' ἱδρὼς
Ἔρρεεν ἐκ μελέων κονίη δ' ἐκ κρατὸς ὀρώρει.

Sisyphon hic vidi duros perferre labores,
Ambabus manibus portantem pondera Saxi;
Hic etenim manibus nixus pedibusque rotabat
Ingens ad collem saxum: Vis magna deorsum
Sed voluebat idem, ut collem superare parabat
Rursus, & id campum devoluebatur in imum.
Tum miser hic rursus repetebat pondera, sudor
Membra lavabat ei, labor est renovatus & idem.

Quibus ex verbis non pedibus tantùm, sed & utraq; manu, quod in pictura facit, Sisyphum laborem suum urgere, compertum est. Seneca Tragicus addit & *Cervicem*, in Hercule insano:

Cervice saxum grande Sisyphiâ sedet.

Et iterum in Hippolyto:

Umbræ nocentes cedite, & CERVICIBUS
His his repositum degravet fessas manus
Saxum seni perennis Æolio labor.

Planè qualis proposito Monumento visitur. Vetus Poeta apud Ciceronem Tuscul. Quæst. ut laboris vastitatem inueret, *sudorem* memorat.

Sisyphu versat
Saxum SUDANS nitendo, neque proficit hilum.

Alii *Saxi pondus* extollunt, nam σισύφιον βάρος est apud Lucianum in Nav. sive Votis. Imo & *montem* Martialis vocat l. 10. 5.

Nunc inquieti MONTE Sisyphi pressus.

Quod Metaphoricè de aliis laboribus dictum, facilè apparet: id quod adeò fieri solebat, ut, quod ab initio vidimus, *Labor Sisyphius* quasi in proverbium abierit. Acquiesco inquit NEARISTOZETUS; neque enim de causa supplicii ulterius quæram, cùm in supradictis jam audierim, vel crudelitatem, vel dolos & fraudes allegari. Hæc generalia sunt, respondit DULODORUS; Sed plura adhuc, & quidem specialia prostant. Pausanias in Corinth. imo & Homerus Od. λ. pœnam ideò sustinere docent Sisyphum, quod Asopi filiam, à Jove Phliuntem portatam, & compressam, patri indicasset; Alii, quòd DEorum à secretis, arcanas res vulgasset; Alii, quòd Plutonem fefellisset, impetratâque ab Inferis, ad castigandam uxorem, quæ cadaver ejus jussu insepultum reliquerat, in vitam surgendi veniâ, reverti noluisset. Hæc Natalis Comes latius; Sed ipse præcipuam figmenti causam putat esse, ut ejus exemplo homines à vitiis absterrerentur, & ad virtutem incitarentur. Lucretius rem ad Politica detorquet:

Sisyphus in vita quoque nobis ante oculos est,
Qui petere à populo fasces sævasque secures,
Imbibit & semper victis tristisque recedit;
Nam petere imperium quod, inane est, nec datur unquam,

Atque

Atque in eo semper durum sufferre laborem,
Hoc est adverso nixantem trudere monte
Saxum, quod tamen à summo jam vertice rursum
Voluitur, & plani raptim petit æquora campi.

Sequitur

OCNUS



An ille hic est? infit ETASTES, de quo Virgilius Æn. 10.

Ille etiam patriis agmen ciet Ocnus ab oris,
Fatidicæ Mantûs & Tusci filius amnis,
Qui muros, matrisque dedit Tibi, Mantua, nomen.

Non hic, respondit DULODORUS; Sed ille, à quo proverbium dimanavit: *Ocnus funiculum torquet:* Cujusque meminit & Propertius L. 4. El. 3.

Dignior obliquo funem qui torqueat Ocno,
Æternusque tuam pascat Asella famem.

Plinius L. 35 c. 11. inter picturas Socratis eum recensens, ***Piger,*** inquit, *qui appellatur Ocnos spartum torquens, quod Asellus arrodit.* Plutarchus περὶ εὐθυμίας, apud manes eum pictum author est: Non minus ac Pausanias.

Mirum! inquit ETASTES, Asellam funi infestam ab Ocno non abactam memorari. Imô hoc vitio datur, respondit DULODORUS, uti ex allegato Plutarchi loco patet. Aristoteles certè, quòd tantæ pigritiæ fuerit, Asinamque funem comedere siverit, nec abegerit, eum in Erodii genus, omnium pigerrimum, mutatum tradidit. En verba! ὁ δ' ἀστερίας, ὁ ἐπικαλούμενος ὄκνος, μυθολογεῖται μὲν γενέσθαι ἐκ δούλων τὸ ἀρχαῖον, ἔστι δὲ κατὰ τὴν ἐπωνυμίαν τούτων ἀργότατος. *Stellaris sive* ἐρῳδιός, *PIGER cognominata (in fabula enim est, ut olim e Servo in avem transierit) atque ut cognomen sonat, iners otiosaque est.* Metamorphosis, inquit, ETASTES, fabulosa est, vel ipso Aristotele

docen-

docente, & procul dubio fabulosa est etiam ipsa de Ocno narratio; Quis enim credat Asinam funem comedisse? Idem etiam Ægyptios videtur offendisse, respondit DULODORUS; Diodoro enim teste, loco Asinæ, multos alios viros funem, quem Ocnus torquet, resolventes tradidere: quamvis nec Asinæ ratio desit; Uxorem enim Ocni sub ea intelligendam, ex Pausania discimus: Cujus verba, quòd plenius marmor nostrum explicant, omninò arbitror subjicienda Μετὰ δὲ αὐτοὺς ἀνὴρ ἐστὶ καθήμενος, ἐπίγραμμα δὲ Ὄκνον εἶναι λέγει τὸν ἄνθρωπον, πεποίηται μὲν πλέκων σχοινίον. Παρέστηκε δὲ θήλεια ὄνος, ἐπεσθίουσα τὸ πεπλεγμένον ἀεὶ τοῦ σχοινίου. Τοῦτον εἶναι τὸν Ὄκνον φιλεργὸν φασὶν ἄνθρωπον, γυναῖκα δὲ ἔχειν δαπανηράν. Καὶ ὁπόσα συλλέξαιτο ἐργαζόμενος, οὐ πολὺ ἂν ὕστερον ὑπὸ ἐκείνης ἀνήλωτο. Τὰ οὖν ἐς τοῦ Ὄκνου τὴν γυναῖκα ἐθέλουσιν αἰνίξασθαι τὸν Πολύγνωτον. *Secundum illos Vir quidam sedet. Inscriptio indicat, OCNUM esse. Texit é junco restim: adest Asella, totum id, quod ille jam texuerit, pertinaciter abrodens. Hunc Ocnum, ajunt, gnavum & industrium hominem fuisse, qui uxorem sumtuosam & prodigam habuerit, quæ quicquid ille labore faciundo per summum laborem quæritasset, profundere solita esset. Eam rem credunt per ambages voluisse Polygnotum significare.* Commune inquit ETASTES, ut video, hoc Antiquorum argumentum fuit, utpote non à Socrate tantùm; sed etiam à Polygnoto propositum. Commune fuit, respondit DULODORUS; Nam antiquis non tantùm fictum, sed & cælatum fuisse, ex nostro marmore patet: quômodô procul dubio eorum alterum est, quod Romæ duobus in locis, nempe in Capitololio, & in Hortis Vaticanis visitari, Erasmo in Adagiis, Hermolaus Barbarus author fuit. Subeunt

DANAIDES,



Quas à Patre *Danao* ita dictas, accipimus, uti *Belides* à *Belo* avo. Danaides, inquit ETASTES, hoc in marmore, nescio, an agnoscere possim? Quidni potius Sacerdotes Ægyptii sint? de quibus Diodorus Siculus: ἐν μὲν γὰρ Ἀκανθῶν πόλει, πέραν τοῦ Νείλου, κατὰ τὴν Λιβύην, ἀπὸ σταδίων ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα τῆς Μέμφεως πίθον εἶναι τετρημένον, εἰς ὃν τῶν ἱερέων ἑξήκοντα καὶ τριακοσίους καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὕδωρ φέρειν εἰς αὐτὸν ἐκ τοῦ Νείλου. *In Acanthiorum Urbe, trans Nilum, versus Libyam,*

byam, CL. stadiis à Memphi, Dolium esse perforatum, ajunt, in quod Sacerdotes CCCLX. quolibet die aquam ex Nilo perferunt. Quid magis ad Marmor faciat? cùm utique dolium perforatum apertè in eo pateat, Sacerdotesque aquam apportantes id circumstent? De Sacerdotibus masculis, respondit DVLODORVS, hoc asserit Diodorus; In Marmore autem non masculi, sed fœminæ sunt. An de masculis, regessit ETASTES, an de fœminis Diodorus loquatur? id mihi valdè dubium videtur. Vox enim ἱερέων rem non conficit. Quidsi ἱερειῶν Author scripserit, unica que litera Scriptorum incuriâ fuerit omissa? Sacerdotes sanè etiam fœminas in Ægypto fuisse, ex ea constat, quæ apud Leonh. Augustinum in Gemma, & ipsa aquam apportat. Non in voce ἱερέων solâ, subjecit DVLODORUS, sed etiam in sequente τριακοσίους asserti basin repono, quæ utique non de fœminis, sed de masculis debet intelligi: Idque eô magis, quò minor necessitas id prohibet. Sanè, uti Diodorus de Sacerdotibus, & quidem masculis, aquam in dolium pertusum gestantibus testatur; ita alii testantur de fœminis, non quidem in Ægypto, sed inter ipsa Damnatorum supplicia: eòque pertinere Marmor nostrum, utique ex adjunctis *Ixione, Ocno* & *Sisypho* patet. Esto! infit ETASTES. Id tamen non evincit, Belides aut Danaides has esse; Pausanias enim, cum plura Inferorum ex Polygnoti tabula, & proximè etiam ipsum Sisyphum memorâsset, appositè ad Marmor: Ἔστι δὲ, inquit, καὶ πίθος ἐν τῇ γραφῇ. Πρεσβύτης δὲ ἄνθρωπος, ὁ δὲ ἔτι παῖς, καὶ γυναῖκες, ἐὰν μὲν ἐπὶ τῇ πέτρᾳ, παρὰ δὲ τὸν πρεσβύτην ἐοικυῖα ἐκείνῳ τὴν ἡλικίαν. οἱ μὲν ἄλλοι φέροντες ὕδωρ. Τῇ δὲ γραῒ κατεάχθαι τὴν ὑδρίαν εἰκάσεις. Ὅσον δὲ ἐν τῷ ὀστράκῳ λοιπὸν ἦν τοῦ ὕδατος, ἐκχέουσά ἐστιν αὖθις ἐς τὸν πίθον. *In eadem Tabulæ parte est & dolium. Insident saxo vir, adolescentulus, deinde & fœminæ aliquot. Earum una seni adstat, æquali ætate: Alii aquam portant, Anus illa, fracta urnâ, quod reliquum est aquæ, è testa in dolium rursus transfundit.* Vides DULODORE! Et virum senem & adolescentem saxis insidentes memorat, qui sanè in Marmore conspiciuntur: Memorat Fœminas, & Dolium, & Eam, quæ juxta senem, aquam in dolium transfundit; Et tamen Gravissimus Author non Danaides hos arbitratur; sed eos, qui Sacra Eleusiniorum nauci fécere. Ita enim persequitur: Ἡμεῖς δ' ἐτεκμαιρόμεθα, εἶναι καὶ τούτους τῶν τὰ δρώμενα Ἐλευσῖνι ἐν οὐδενὸς θεμένων λόγῳ. *Nos demonstravimus, esse & hos ex iis, qui Sacra Eleusinia in nulla æstimatione posuére.* Quid respondes? DVLODORE. Pausanias, excepit ILLE, de alio dolio videtur loqui. Imò & ipse non fœminas, sed viros aquam apportantes memorat, quod utique in marmore secus est. Fœminarum quidem mentionem facit, sed saxis insidentium, non autem aquas apportantium, quales hîc visuntur: Vix unam, & quidem vetulam, aquæ in dolium refundendæ vacare, author est, & quidem ex fracta urna, cùm tamen in Marmore non Urna, sed dolium fractum sit, non vetula ulla: sed juvenili flore omnes conspicuæ videantur: Adeò ut Pausaniæ narratio me planè non feriat. Mirum tamen est, inquit ETASTES, nullam eum Danaidum mentionem fecisse, quod sanè non neglexisset, si inter Inferni catervas eò fuissent habitu, quô in Marmore video depictas, præsertim cùm & dolium memoret, & aquas apportantes, & unam in dolium aquam infundentem, quæ utique hîc apparent. Sed procul dubio Pausanias, Danaides non aquam in dolium perforatum infundere, sed urnis fractis ex puteo extrahere, noverat; Ita enim effingi solitas, Natalis Comes apertè docet. *Danai filiæ,* inquit, *illi pœnæ apud Inferos dicuntur esse addi-*

addictæ, ut semper aquam ex amplissimo puteo hauriant, neque tamen unquam ad oram putei plena cribra possint attrahere. Et iterum: *Danai filiæ post mortem ob idem scelus, quòd tam immites adversus innocentes & affines juvenes fuissent, illi æterno supplicio fuerunt addictæ apud Inferos, ut aquam vase perforato haurire conentur. Quibus promissum esse perhibent, ab eo labore tum cessandum esse, cùm plena cribra è puteo hauserint.* Unde Natalis Comes hæc edoctus sit, inquit DULODORVS, id equidem nescio. Loca quæ allegat ex Horatio L. III. Carm.

— — — Stetit urna paulum
Sicca, dum grato Danai puellas,
Carmine mulces.

Et Ovidio 4. Metamorph.

Assiduas repetunt, quas perdunt Belides undas.

Rem non conficiunt, cùm utique, licet aquam apportâssent, eamque in dolium pertusum infundissent, tamen & Urna sicca ad Mercurii cantilenam potuerit stetisse, & etiam ipsæ assiduas & replere & perdere undas. Sanè Horatius ipse, non de Puteo, sed de Dolio loquitur in fundo pertuso, & ideò inani, quod inde aqua rursus efflueret, adeòque periret; Ita enim persequitur:

Audiat Lyde scelus, atque notas
Virginum pœnas, & inane lymphæ
Dolium fundô pereuntis imô.

Nonne hoc idem est, quod L. I. El. III. Tibullus.

Et Danai proles, Veneris quòd Numina læsit,
In cava Lethæis dolia portat aquas.

Quodque & Lucretius L. III. quem locum & ipse Natalis Comes allegavit

Hoc ut opinior id est, ævo florente puellas
Quòd memorant laticem pertusum congerere in vas,
Quod tamen expleri nullâ ratione potestur.

Idem sanè & Hyginus docet. Fab. 168. Cùm enim facinus narrasset: *Ob id*, subjicit, *dicuntur apud Inferos in dolium pertusum aquam ingerere.* Et Servius ad Virgilium Æneid. L. IX. *Danaides*, inquit, *apud Inferos hanc pœnam habuisse dicuntur, ut in dolium pertusum aquam mittant.* Quid clarius ad Marmor dici potest? Fateor, excepit ETASTES, & miror, non tam aliam esse Natalis Comitis opinionem, cùm hic diversa Authoritate forsitan nitatur, quàm Pausaniam nullam supplicii hujus mentionem fecisse. Id mirum non est, respondit DVLODORVS, cùm ex iis potuerit fuisse Pausanias, qui Danai puellas à scelere rursus expiatas credidére. Id sanè apertè tradit Apollodorus. Cum fabulam prolixè memorâsset, Danaique filias apertè nominâsset: *Has*, subjicit, *Minerva Mercuriusque Jovis imperio expiârunt.* Historia autem Pausaniæ ignota non fuit, ita enim in Corinthiacis τάδε ἀπὸ τούτου καὶ οἱ πάντες ὁμοίως ἴσασι, θυγατέρων τῶν Δαναοῦ τὸ ἐς τοὺς ἀνεψιοὺς τόλμημα. *Danai sanè casus, ejusque filiarum audax in patrueles facinus, æquè Græcis omnibus notum est.* At mihi, subjecit ETASTES, forsitan quòd Græcus non sim, nondum omni-

omninò innotuit; Nisi enim fallor, etiam circa hoc diversæ sunt Authorum sententiæ. Sunt, inquit DULODORUS; aliter enim Servius: aliter Hyginus: aliter denuò Apollodorus rem enarrant. Ipsa Authorum verba subjicere placet; Nam

Tutius ex ipso fonte bibuntur aquæ.

Servius ad L. IX. Æneidos: *Ægyptus*, inquit, *& Danaus fratres fuere; sed cum inter eos contentio de Memfidis imperio fuisset, multis sæpe adductus contumeliis Danaus, fratri Ægypto cessô Imperiô,* Argos, *ad Peloponnesum perrexit, cujus Cives, ibi Rex factus, à suo nomine* Danaos *appellavit: Quod cum Ægyptum momordisset, veritus, ne Danaus de filiabus per Generos & Nepotes auxilia conquireret, fraude conceptâ filiis suis VL. fratris filias in matrimonium postulavit: quas Danaus, dolorem exilii retinens, mox promisit; Sed cum factæ essent nuptiæ, Sponsæ omnes Sponsos suos, monente patre Danao, nuptiali nocte necaverunt. Sola Hypermnestra servatô Lynceô fugam dedit, qui post adeptus patruum Danaum interemit.* Hæc Servius. Hygini sequentia sunt: *Danaus Beli filius, inquit, ex pluribus Conjugibus quinquaginta filias habuit, totidemque filios Frater Ægyptus: qui Danaum fratrem, & filias ejus, interficere voluit, ut Regnum paternum solus obtineret, filiis Uxores à fratre proposuit. Danaus re cognitâ, Minervâ adjutrice, ex Africa Argos profugit. Tunc primum dicitur Minerva navem fecisse biproram, in qua Danaus profugeret. At Ægyptus, ut rescìit Danaum profugisse, mittit filios ad persequendum fratrem, & eis præcipit, ut aut Danaum interficerent, aut ad se non reverterentur. Qui postquam Argos venere, oppugnare patruum cæperunt. Danaus, ut vidit, se eis obsistere non posse, pollicetur eis filias suas Uxores, ut pugna absisterent. Impetratas sorores patrueles acceperunt Uxores, quæ patris jussu Viros suos interfecerunt. Sola Hypermnestra Lynceum servavit. Ob id cæteræ dicuntur apud Inferos in dolium pertusum aquam ingerere. Hypermnestræ & Lynceo fanum factum est.* Hactenus Hyginus. Apollodori locus prolixitate suâ tædiosus quidem est, meretur tamen & ipse inspici, non tantum, quòd plenius historiam exhibeat; sed etiam, & quidem præcipuè, ob nomina tam filiorum Ægypti, quam filiarum Danai. Ut tamen tædio medeamur, Græcis omissis, rem ex versione Latina delibabimus. Ita habet in Biblioth. L. II. p. 72. *Belus, quòd ex Ægypto minimè discessisset, Ægypti Regnum consequitur: atque Anchinoën, Nili filiam duxit Uxorem, dequa filios geminos procreavit, Ægyptum & Danaum. Igitur Danaum Belus ad Lybiam incolendam, Ægyptumque ad Arabiam habitandam misit: Qui cùm devastâsset Melampodem terram, eam* Ægypti *nominè appellari, de se ipso voluit. Porro & Ægypto è pluribus Conjugibus filii mares quinquaginta gignuntur: Et fratri Danao filiæ totidem: Qui cum de Regno inter se contenderent, Danaus Ægypti filios, præter unum aut alterum, filiarum suarum operâ necavit. Nam ex Oraculo cædem sibi imminere acceperat: Metu perculsus, Minervæ consilio, navim, nominatam ab eo de filiarum suarum numero,* πεντηκόντορον, *quasi dixeris QUINQUAGINTIREMEM, primus fabricavit, in quam filiabus impositis aufugit. Inde ad Rhodum Insulam cùm appulsus esset, Minervæ Lindiæ statuam dedicavit. Hinc & Argos se contulit, & huic Regnum tradit Helanor, qui tunc Argis regnabat. At ipse Danaus, ejus Regionis potitus, suo ipsius nomine incolas DANAOS appellari voluit.*

luit. Sed quòd ea Regio aquarum inopiâ laborabat, ex quo scil. Neptunus iratus Inacho, fontes exsiccaverat, quòd eam Minervæ terram esse testatus est, filias suas interim aquatum misit. Harum una Amymone aquam quærens, telum in Cervum jacit, ac forte Satyrum dormitantem ferit. Quare ille somno expergefactus, Puellæ ineundæ miro desiderio capitur. At Neptuni superventu Satyrus se dedit in fugam, Amymone autem cum hoc concubuit, eique Neptunus Lernæos fontes indicavit. Porro Ægypti filii, Argos profecti, ut mutuam inter se simultatem componerent, sese cohortantur, & Danai filias sibi in matrimonium dari obsecrant. Tum Danaus, simul quòd parum crederet eorum pollicitationibus, simul quòd fugæ exiliique sui injuriam haud quaqam oblitus esset, nuptias pactus sortitiò puellas distribuere cœpit. Hypermnestram igitur natu maximam Lynceo, & Gorgophonem Protheo selegit; Hos enim ex Conjuge Regina Argyphia Ægyptus extulerat. Inde suam quisque potiti sunt. Busiris quidem, & Enceladus, Lycusque & Daiphron, Antomatem, Amymonem, Agaven, Scæam, Danao ex Europa Regia matrona satos; ducunt: At ex Elephantide ortæ fuerunt Gorgophone atque Hypermnestra; sed Lynceus & Calycen sorte duxit. Ister autem Hippodamiam: Chalcodon Rhodiam: Agenor Cleopatram: Asteriam Chætus: Hippodamiam Diocorystes: Alcis Glaucen: Acmenon Hippomedusam: Hippothous Gorgen: Iphimedusam Euchenor: Rhoden Hippolytus. Hi decem ex Arabia uxore geniti sunt. Sed puellæ ex Hamadryadibus Nymphis: aliæ ex Atlantea: aliæ ex Phœbe natæ sunt. Agaptolemo Pirene; Cercesti Dorion: Eurydamanti Pharte: Ægio Mnestra: Evippe Argio: Anexibia Archelao: Menacho Nelo obvenerunt. Hi septem è Phoënissa Conjuge orti sunt: At puellæ ex Æthiopide. Qui verò ex Tyria erant, sine sorte duxerunt eas, quæ ex Memphide erant, idque propter similitudinem nominum: Clitus Cliten: Sthenelus Sthenelem: Chrysippus Chrysippen. At qui ex Caliande & Naide Nympha, præter eas, filii duodecim nati sunt, cum totidem Polyxonis filiabus sortito matrimonium contraxerunt. Illorum hæc sunt nomina; Eurylochus, Phantes, Peristhenes, Hermus, Dryas, Potamon, Cisseus, Lixus, Imbrus, Bromius, Polyctor Chthonius. Hæ verò sunt ex Nympha natæ: Antonoë, Theano, Electra Cleopatra, Eurydice, Glaucippe, Anthelea, Cleodora, Evippe, Erato, Stygne, Bryce. Qui verò de Gorgonibus Ægypto nati sunt, eas, quæ de Pieria genitæ fuerunt, sortiti duxerunt. Nam Periphanti obtigit Actæa, Ocno Podarce, Ægypto Dioxippe, Minaliæ Adyte, Ocypete Lampo, Pylarge Idmoni. Sex autem novissimi, Idas, qui Hippodicen: Daiphron, qui Adianten (hæ autem sunt ex Herse matre natæ) Pandion, qui Callidicen: Arbelus, qui Oemen: Hyperbius, qui Celæno: Hippocorystes, qui Hipperipten sibi conjugarunt. Hi ex Hephæstine oriuntur. At puellæ matre Crinone fuerunt. Post, ubi suam quisque Conjugem duxerunt, acceptos in convivium cunctos Danai filiæ, datis à patre pugionibus somno sepultos, suum quæque sponsum, occidunt, unâ tantummodo exceptâ Hypermnestrâ; Hæc enim Lynceum, quòd ejus virginitate abstinuisset, incolumem servavit. Quamobrem hanc Danaus onustam vinculis custodiri jubet. Reliquæ Danai filiæ præsecta Sponsorum capita in Lerna defoderunt, corpora verò ante Urbem deplorata, sepelienda curaverunt. Has autem Minerva Mercuriusque Jovis imperiô expiarunt. Demum postea Danaus Hypermnestram Lynceo copulavit, cæteras in Gymnicum certamen productas, Victoribus habendas dedit. Amymone, Neptuni semine prægnans, Nauplium peperit &c. Luculenta est hæc, inquit ETASTES,

&

& Generis & facti narratio. Quod autem ad nomina attinet, in eo, nisi fallor, & ipse Hyginus differt. Ita enim Fab. CLXX. *Filiæ Danai,* interrogat, *quæ quos occiderunt?* Et respondet: *Idea Antimachum, Philomela Panthium, Scylla Proteum, Phicomone Plexippum, Euippe Agenorem, Demoditas Chrysippum, Hyale Perium, Trite Enceladum, Damone Amyntorem, Hippothoë Obrimum, Myrmidone Mineum, Eurydice Canthum, Cleo Asterium, Arcania Xanthum, Cleopatra Metalcem, Philea Philinam, Hyparete Protheonem, Chrysothemis Asteriden, Pyrante Athamantem, Armoasbus* .... *Glaucippe Niavium, Demophile Pamphilum, Antodice Clytum, Polyxena Ægyptum, Hecabe Dryantem, Achamantis Echomium, Arsalte Ephialtem, Monuste Eurysthenem, Amymone Midamum, Helice Evideam, Amœme Polydectorem, Polybe Iltonomum, Helicta Cassum, Electra Hyperantum, Eubule Demarchum, Daplidice Pugnonem, Hero Andromachum, Europome Atlitem, Pyranthis Plexippum, Critomedia Antipaphum, Pyrene Dolichum Eupheno Hyperbium, Themistagora Podasimum, Palæno Aristonon, Itea Antiochum, Erate Eudæmonem Hypermnestra Lynceum servavit.* Hæc Hyginus: Ex quibus utique & nomina diversa noscuntur; paucissima enim cum Apollodoro conveniunt. Id nec negare ausim, respondit DVLODORVS, nec arbitriô meô decidere. Detur hæc Antiquitati venia, ut eadem diversô modô & tradantur & credantur. Si tamen, quid sentiam? inquiras, Apollodorum prætulerim, qui non tantùm justum, qui apud Hyginum deficit, filiarum numerum prodidit; Sed & accuratius indicavit, quibus quæque matribus fuerint prognatæ. Numerus, subjecit ETASTES, communi suffragiô ad *quinquaginta* assurgit, quanquam Servius, *quadraginta quinque* tantùm tradat. Quod de matribus ais, id evertere videtur Phlegon Trallianus de Mirabilibus & Longœvis. *Philostratus*, inquit, *in Libello de Minoë, Ægyptum perhibet ex una uxore Euryopa, Nili filia, L. filios procreâsse: itemque Danaus ex unica Euryopa Nili filia quinquaginta tulit filias.* Fabulam hanc esse, respondit DULODORUS, vel ex nomine intelligas, cùm utrimque & filiorum Ægypti, & filiarum Danai, Euryopam Nili filiam matrem faciat; Cæterùm & credibilius est, tot filias unum virum, ex diversis uxoribus suscepisse, quàm ex una. Quod Servium attinet, errorem librariis adscripsero, qui & in aliis interdum Codices depravarunt, in numeris autem tantò facilius id committere potuerunt quantò pronior in his calami lapsus præsumitur. At in Marmore, inquit ETASTES, tantùm octo puellas video, qui numerus quantum à quinquaginta recedit? Octo puellæ, respondit DULODORUS, loco quadraginta vel *novem* vel *octo* sunt: sive reliquas ad hauriendas aquas Lethæas adhuc absentes credas, sive ex genio antiquitatis rem explices, quo pauciores personæ plurium indices, haud rarò occurrunt. Quadraginta vel novem vel octo memoras? inquit ETASTES, cùm tamen L. fuisse modò audiverimus. Quinquaginta fuêre puellæ, respondit DULODORUS; sed quadraginta vel novem vel octo tantùm nocentes fuêre, adeóque pœnæ subjectæ. Id clarè intelligas ex asserto Apollodori, verbis suprà allatis: *Danaus Ægypti filios, præter unum aut alterum filiarum suarum operâ necavit,* Unicam Hypermnestram scio, inquit ETASTES; Hæc enim Lynceo pepercisse, non Hygino tantùm & Servio; sed & ipsi etiam Apollodoro memoratur. Imò & altera quibusdam additur, respondit DULODORVS; Ita enim Muretus ad Tibullum L. 1. El. 3. *Illud visum est non indignum, quod anota-*

notaretur ; cùm unam modò ex Danaidibus Hypemnestram fratri ac Viro suo Lynceo pepercisse traditum sit, esse tamen qui hanc ipsius laudem cum Bebryce sorore communem faciant, & eam quoque Hippolytho pepercisse, dicant. Hoc reperi apud Eusthatium Dionysii interpretem. Hippolytus, inquit ETASTES, si Apollodorum audis, non Bebryci, sed Rhodi jugatus fuit, indeque de veritate dubium nascitur. Sed transeat id; Potius enim est de origine pœnæ: & cur huic, & non alii, Danaides in inferno addictæ tradantur? Figmenti ratio, respondit DVLODORVS, in ipso facto videtur consistere; Ex allato enim Apollodori Loco constat, Danaum ob aquarum in regione penuriam, filias suas aquatum misisse, Amymonique à Neptuno compressæ, Lernæos fontes indicatos esse, in iisque deinceps Danaides Sponsorum suorum capita defodisse. His positis, quæ pœna delicto convenientior poterat excogitari? Nonne æternitate laboris, sui simul criminis æternùm credas fuisse admonitas? id quod pœnarum infernalium tantùm non acerbissimum etiam Christianis creditur? Strabo L. VIII. Danaides Puteos invenisse tradit:

Τὴν ȣ̃ν μὲν χώραν συγχωροῦσιν ἐνυδρεῖν. Ἀυτὴν δὲ τὴν πόλιν ἐν ἀνύδρῳ χωρίῳ κεῖσθαι. Φρεάτων δ᾽ ἐυπορεῖν, ἃ ταῖς Δαναΐσιν ἀνάπτȣσιν, ὡς ἐκείνων ἐξευρȣσῶν. ἀφ᾽ ȣ̃ καὶ τὸ ἔπος ἐιπεῖν τȣ̃το:

Ἄργος ἄνυδρον ἐὸν Δαναὰι θέσαν Ἄργος ἔνυδρον.

Cæterum Regionem aquæ esse divitem fatentur. Urbem in loco aquæ experto sitam dicunt, puteis autem divitem, quorum Danai filiabus acceptam ferunt inventionem: atque hinc esse natum versiculum ajunt:

Expers Argos aquæ, lymphis Danaæ ditârunt.

Si hoc sequaris, utique planum erit, Danaidum pœnâ, *sceleribus etiam optima merita diffluere*, non obscurè simul commentari. Capio rationem, inquit ETASTES. Et jam mirari subit, tantô scelere Danäides pollutas, tamen adhuc maritos invenisse; Idem enim Apollodorus tradit, in Gymnicum certamen productas, Victoribusque collocatas esse. Id author, excepit DVLODORVS, à Danao adhuc asserit factum. Hyginus autem, cùm Danaum periisse, nuncioque Abanti clypeum, â Danao Junoni consecratum, à Lynceo datum, indeque Ludum *Aspis in Argo* dictum, quinto quoquô annô agi solitum memorasset, subjicit: *Danaides post patris interitum Viros duxerunt Argivos.* Viros autem eas duxisse, mirum non est; Pretiosius enim temporibus antiquissimis muliebre genus fuisse, quàm hodie est, vel inde patet, quòd, ut sub IXIONE vidimus, datis muneribus à soceris quasi redimerenter. Recordor, inquit ETASTES, & nisi fallor, idem etiam ex Homero patet, Il. Λ. v. 245. ubi cum Iphidamantem Antenoridem Theano pulchricomam, Cissei avi materni filiam, duxisse, indeque ad Trojam ab Agamemnone interemptum memorasset, subjicit:

Ὣς ὁ μὲν ἄυθι πεσὼν κοιμήσατο χάλκεον ὕπνον
Ὀικτρὸς, ἀπὸ μνηςῆς ἀλόχȣ, ἀςοῖσιν ἀρήγων
Κȣριδίης, ἧς ȣ̓́τι χάριν ἴδε, πολλὰ δὲ ἔδωκε.

Πρῶθ᾽

Πρῶθ' ἑκατὸν βοῦς δῶκεν, ἔπειτα δὲ χίλι' ὑπέστη
Αἶγας, ὁμοῦ καὶ ὄϊς.

Sic is quidem illic lapsus, dormivit æreum somnum,
Miser, procul à desponsata uxore, civibus auxilians
Juvene, cujus nullam voluptatem vidit. Multa autem dederat:
Primum centum boves dedit, deinde quoque mille promisit
Capras simul & oves.

Natalis Comes Locum huc refert, respondit DVLODORVS. Eustathius ἕδνα ea munera appellat. Sed audi, quid Pausanias doceat, cum Apollodoro consentiens? Δαναῷ τοῦτο ἐπὶ ταῖς θυγατράσιν εὑρέθη. Καὶ ὡς γυναῖκα οὐδεὶς ἤθελεν ἐξ αὐτῶν διὰ τὸ μίασμα ἀγαγέσθαι, διέπεμπε δὴ ὁ Δαναὸς ἄνευ ἕδνων δώσειν, ἣ ἂν ἕκαστος κατὰ κάλλος ἀρέσκηται. Ἀφικομένοις δὲ ἀνδράσιν οὐ πολλοῖς, ἀγῶνα δρόμου κατέστησε. Καὶ πρώτῳ τε ἐλθόντι ἐγένετο ἑλέσθαι πρώτῳ τῶν ἄλλων, καὶ μετ' ἐκεῖνον τῷ δευτέρῳ, καὶ ἤδη κατὰ τὰ αὐτὰ ἄχρι τοῦ τελευταίου. Τὰς δὲ ὑπολειφθείσας μένειν ἔφοδον ἄλλην μνηστήρων ἔδει, καὶ ἀγῶνα ἄλλον δρόμου. *Danaus hoc de filiabus excogitavit. Cùm uxorem nemo ex iis vellet ducere propter parricidium, vulgavit sine muneribus dotalitiis se daturum, quæ cuique ob formam placitura esset. Cùm autem viri sanè non multi convenissent, certamen cursûs proposuit. Et primo venienti liberum fuit capere primò omnium, & post eum secundo, eodemque modo, usque ad extremum. Relictas autem oportuit adventum procorum, & aliud cursûs certamen expectare.* Sed ad alia pergimus. De Danai morte audire vellem, inquit ETASTES. Mirum enim, si placidè obierit, qui princeps filiabus sceleris & calamitatis author exstitit. Si mortem Danai, respondit DULODORUS, violentam desideres, commodè Tibi famulabitur Servius, qui Danaum à Lynceo interfectum tradidit. Si assertum placeat, etiam tacente fabulâ, non verebor adjacentes in marmore Danaidibus figuras, quarum altera senilis, altera juvenilis est, de Danao & Lynceo interpretari; Cùm enim Viros sontes in inferno saxis affixos cernere, nec in Tabula Polygnoti rarum sit; quidni Danaidibus videatur junctus Parens, à quo ad scelus fuerunt impulsæ? Et Parenti Gener, quo vitæ usura ei fuerat ademta? Scilicet, ut digna quilibet actorum mercede potiretur, pœnaque æternâ recordatione sceleris eò acerbior foret. Verisimiliter philosopharis, inquit ETASTES; Sed memoriam subit, nos fabulam tractare, adeòque non in sensu historico subsistendum; sed eô cognitô etiam ad mysticum transeundem esse. Placet sanè quod Lucretius L. 3. de naturæ beneficentia & prodiga hominum ingratitudine canit:

Deinde animi ingratam naturam pascere semper,
Atque explere bonis rebus, satiareque nunquam,
Quod faciunt nobis annorum tempora circum
Cum redeunt, fœtusque ferunt, variosque lepores,

Nec tamen explemur vitai fructibus unquam:
Hoc, ut opinor, id est ævo florente puellas
Quòd memorant laticem pertusum congerere in vas,
Quod tamen expleri nulla ratione potestur.

Quid concinnus dici potest? Imò est, quod possit, respondit DULODORUS, Quid enim typus beneficentiæ annorum, & ingratitudinis hominum, inter Inferni umbras? Annon potius inter homines eum quæras? Et ubi concinnius, quàm in more sacerdotum Ægyptiorum, de quibus Diodorum vidimus, quique aliâs & numerô suô numerum dierum anni æquarunt? Id quod in Danaidibus secus est. Trecentos, inquit ETASTES, & sexaginta Sacerdotes memorat Diodorus: Annus autem trecentos sexaginta quinque dies continet. Dubium hoc, respondit DVLODORVS, ex Plutarcho diluitur, cujus locum in Thes. Regio El. Brand. Tom. I. p. 82. me citasse memini. Docet gravissimus author, Mercurium cum Rhea congressum, ut imprecationem eluderet, à diebus partem septuagesimam abstulisse, diesque quinque ex iis factos CCCLX. anni diebus adjecisse. Indeque quinque illos dies *Epogomenas* sive *adjectitios* vocari. Ex quibus utique constat dies anni ab initio non 365. sed 360. Ægyptiis fuisse, adeoque numerum sacerdotum, aquam ex Nilo in vas perforatum gestantium, numero dierum anni respondere, & ea propter commodè de ejus in homines beneficentia explicari, uti vas perforatum de hominum Luxuria & ingratitudine. Secus autem hoc est in Danaidibus, quæ nulla ratione ex inferno ad sublunaria trânsferri possunt, adeòque nec rerum humanarum instabilitatem, nec beneficia in ingratos collata significabunt; sed omninò id, quod Natalis Comes suppeditat: *Ego*, inquit, *per hanc fabulam aliquid gloriosius, & humano generi utilius, significari crediderim, filios scilicet tamdiu pios & obedientes parentibus esse oportêre, quamdiu ab humanitate & Deorum immortalium religione, ac reverentiâ illorum mandata non dissentiant. Quod si quid ab iis contra religionem aut summi Dei voluntatem legesque præcipiatur: Si contra justitiam: Si contra humanitatem, omninò non sunt audiendi. Quare si quis iniqua consulenti pareat, aut imperanti, quod devitare potest, Deorum immortalium animadversionem, ac vindictam, omninò fugere non potuerit. Si quis denique neglectâ Dei reverentiâ, & viri boni officiis, aliquid impurum atque crudele commiserit, ille perpetuis suppliciis, post hanc vitam, apud Inferos discruciabitur.* Efficax remedium ad compescendam hominum malitiam! exclamavit ETASTES. An tamen fabulæ sufficiat, meritò dubitaverim; Ea enim ratio generalis est, valetque de omnibus Inferorum pœnis. Atqui non omnia delicta, regessit DVLODORUS, à Parentibus mandantur. Sed sentio, quid velis. Ut defectum suppleam, omninò arbitror juxta connotatum, Labores hominum licet aliâs permissos & utiles, tamen si scelere polluantur, vanos esse, eorumque recordationem etiam post hanc vitam delinquentibus acerbam. Placet opinio inquit ETASTES; Sed cùm hora effluxerit, Tibi valedico: rediturus, si & Tibi & mihi commodum videbitur.

His dictis abiit. DULODORUS autem laborum tenacor, aliis adhuc inquirendis animum adjecit.

ALCESTIS
PRO MARITO MORIENS,
ET
VITÆ AB HERCULE RESTITUTA.
EX
MANUSCRIPTO,
Quod inter Regio-Electoralia Brandenburgica asservatur,
PIGHIANO,
publici Juris fecit,
Et
DIALOGO
illustravit

L. BEGER,
Augustissimi REGIS BORUSSIÆ, & Electoris Brandenburgici Consiliarius ab Antiquitatibus & Bibliotheca.


COLONIÆ BRANDENBURGICÆ,
Typis ULRICI LIEBPERTI, Typographi Regii.
Anno MDCCIII.



SPectant subeuntem Fata mariti
Alcestim,& similis si permutatio detur,
Morte viri cupiant animam servare catellæ.

Ita exclamavit DULODORUS, cùm ETASTES de perfida fœminarum quarundam in conjuges malitia mentionem injecisset; At Ille: frequens, inquit, est Alcestidis apud Poëtas mentio; sed miror, cùm Juvenalis his versibus ejus historiam, an fabulam? vulgò depictam fuisse, haud obscurè innuat, eam tamen inter Antiquitatis reliquias hactenus non apparuisse. Mihi apparuit, excepit DULODORUS. Inspice adjuncta

DUO MANUSCRIPTI PIGHIANI MARMORA!



Hæc si lustrabimus, haud opinor, nos operæ pretium perdituros; renovabitur enim fulgentissimum fidei maritalis, etiam inter Ethnicos, exemplum: eoque major Christianis mulieribus, si bonæ sint, amoris fomes nascetur; sin malæ, conscientiæ rubor exsurget. In altero fœminam decumbentem video, inquit ETASTES, in altero autem virum: Imò & historiæ, an fabulæ? series aliquô modô confusa videtur. Benè hoc observas, respondit DULODORUS; Sed ego rem ex ordine proponam, ex utroque Marmore fabulæ seriem ostensurus, ubi

ALCESTIDIS
Parentes & Conjugium

Paucis præmisero. Alcestin, excepit ETASTES, Perilai filiam facit Hofmannus in Lexico. Falsò id facit, regessit DULODORUS; fuit enim filia Peliæ, notissimi Thessaliæ Regis, cujus jussu Jason expeditionem Argonauticam suscepit. Id non tantùm ex Apollodoro & Hygino patet, qui *Peliæ & Anaxibies, Bimantis filiæ, filiam* appellant, (ex quibus simul & de matre ejus docemur, quanquam, teste Apollodoro, alii *Philomachen* hanc appellent;) Sed etiam ex Homero Il. B. v. 714. cum

Δῖα γυναικῶν
Ἄλκηστις Πελίαο θυγατρῶν εἶδος ἀρίστη.

Nobilissima mulierum
Alcestis, inter Peliæ filias forma præstantissima

vocatur. Ita & Pausanias El. priore, cùm ludos Peliæ funebres descripsisset, quibus etiam Admetus interfuerit, addit: καὶ θυγατέρες εἰσὶν αἱ Πηλίου, τὸ δὲ ὄνομα ἐπὶ τῇ Ἀλκήστιδι γέγραπται μόνῃ. *Adstant Peliæ filiæ, nomen autem soli Alcestidi adscriptum est.* An plures fuere Peliæ filiæ? subjecit ETASTES, & quænam reliquarum nomina? *Amphinome* & *Evadne*, respondit DULODORUS; Has enim Diodorus Siculus memorat: imò & *Pelopea*, quam Apollonius Argon. I, v. 326. habet. Apollodorus *Pisidicen, Pelopean, Hippothoen*, & *Alcestidem* memorat; Sed an nescis ex Ovidio, artibus Medeæ, & crudeli filiarum pietate dicam, an impietate, Peliam periisse? Memini, inquit ETASTES, & doleo, Alcestim, quæ tam illustre fidei maritalis exemplum præbuit, infelici paternæ necis exitu commaculari. Salva hæc est, inquit DULODORUS; Diodorus Siculus Bibliotheca L. IV. cùm totam seriem exegisset, subjicit: τὰς μὲν ἄλλας (μυθολογοῦσι) ἁπάσας τὸν πατέρα τυπτούσας ἀποκτεῖναι, μόνην δ' Ἄλκηστιν διὰ εὐσεβείας ὑπερβολὴν ἀποσχέσθαι τοῦ γεννήσαντος. *Reliquas ajunt omnes Patrem verberantes occidisse, solam autem Alcestin pietatis excessu, à patre manus cohibuisse.* Sed de Conjugio videamus! An & in hoc aliquid dubii subit? quæsivit ETASTES. Subit, Respondit DULODORUS; vulgò enim Admetus eam petiisse, eâque lege obtinuisse fertur, si junctis Apro & Leone eam avexisset, ut apud Hyginum in fabulis n. 51. videre est. Sed aliter Diodorus Siculus; nam ab Jasone collocatam ait, non minus ac Sorores, idque post Peliæ interitum; Ita enim eôdem locô persequitur. Ἰάσωνα μυθολογοῦσι Ἀκάστῳ μὲν τῷ Πηλίου τὴν πατρῴαν βασιλείαν παραδοῦναι. Τῶν δὲ τοῦ βασιλέως θυγατέρων ἀξίως ἑαυτὸν φροντίδα ποιήσασθαι, καὶ πέρας συντελέσαι τὴν ὑπόσχεσιν αὐτὸν φασὶ μετὰ τινὰ χρόνον συνοικίσαντα πάσας τοῖς ἐπιφανεστάτοις. Ἄλκηστιν μὲν γὰρ τὴν πρεσβυτάτην ἐκδοῦναι πρὸς γάμον


Ἀδμήτῳ

Ἀδμήτῳ τῷ Φέρητος Θετταλῷ, Ἀμφινόμην δὲ Ἀνδραίμονι Λεοντέως ἀδελφῷ, Εὐάδνην δὲ Κάνῃ τῷ Κεφάλου, Φωκέων τότε βασιλεύοντι. *Jasonem, referunt, Acasto Peliæ nato Regnum paternum restituisse. Regis autem filiarum curam se dignam gessisse, & ut fidem expleret, tandem omnes Illustrissimis Viris collocâsse. Alcestin quidem natu maximam Admeto Pheretis Thessali filiò in matrimonium dedisse, Amphinomen autem Andræmoni Leontei fratri, Evadnen Canæ Phocensium Regulo, qui Cephalo natus erat.* Hæc mihi narratio, inquit ETASTES, alterâ illâ verisimilior videtur; Si enim, uti communiter fertur, Admetus à Pelia Alcestin petiit, ab eoque junctis, Apollinis auxiliô & ex lege, Leone & Apro eam obtinuit & avexit, quomodo cædi parentis dicatur Alcestis adfuisse? Utcumque se res habeat, infit DULODORUS, opinio tamen de junctis Apro & Leone receptior est, viderique potest non tantum ut dixi apud Hyginum; sed etiam apud Apollodorum & Alios. Eam sanè confirmat etiam GEMMA GORLÆI.



in qua Aper & Leo juncti visuntur, adeòque non abs ratione ad Alcestidis conjugium reduci possunt. Nisi ad Adrasti fabulam pertineant, excepit ETASTES; nam & hoc suppeditat Gorlæi interpres Gronovius. Quo jure id faciat, respondit DULODORUS, ipse viderit. In Adrasti fabula non Leo & Aper juncti jugum subeunt, ut in Gemma; Sed futuri Generi Leonis & Apri nominibus designantur, eò quòd alter ex Herculis progenie pelle Leoninâ, alter ex Ætolia, Aprineâ ornatus incederent: Quid autem hoc ad Aprum & Leonem jugo junctos? Nonne potius hoc ad fabulam Alcestidis pertinere dixeris, utpote de qua Hyginus apertè: *Alcestin Peliæ & Anaxibies filiæ filiam complures proci petebant in conjugium. Pelias vitans eorum conditiones repudiavit, & simultatem constituit, ei se daturum, qui feras bestias ad currum junxisset, & Alcestin in conjugio avexisset. Itaque Admetus ab Apolline petiit, ut se adjuvaret. Apollo autem, quod ab eo in servitute liberaliter esset acceptus, Aprum & Leonem ei junctos tradidit, quibus ille Alcestin avexit.* Hæc sanè opinio alterâ illa, quâ Jason eam Admeto tradidisse, Diodoro memoratur, vel ideò potior videtur, quòd eôdem teste, Alcestis filiarum natu maxima fuit, quòdque cædis paternæ innoxia. Sed ad marmora! Primum in iis segmentum nobis sit

ADMETVS DECVMBENS.



Decumbentem video, inquit ETASTES, an autem ægrotans Admetus, & in articulo mortis ab Uxore servatus fuerit? an id beneficii sanus adhuc ab Apolline obtinuerit, id mihi videtur dilucidandum. Ex Hygino certè de morbo nihil collegeris. *Id*, inquit, *ab Apolline accepit Admetus, ut pro se alius voluntariè moreretur &c.* Ægrotasse Admetum, respondit DULODORUS, non tantùm ex nostro marmore patet; sed etiam ex Euripide, qui integrâ Alcestidis obitum tragœdiâ prosecutus est; In Prologo enim Apollo: *Parcas*, ait, *sibi promisisse, Admetum* ἄδην τὸν παραυτίκ' ἐκφυγεῖν *mortem præsentem effugiturum*, ἄλλον διαλλάξαντα τοῖς κάτω νεκρόν, *si alium pro se mortuum inferno substituisset:* quô locô non tantùm præsentanea mors ægritudinem supponit, sed & extrema vitæ debilitas causa videtur, ut ipse etiam νεκρὸς *mortuus* appelletur, qualiter & v. 44. Scil. ut Apollodorus habet, *Apollo à Parcis obtinuit, ut si Admetus moriturus esset, à morte dimitteretur.* Imò & Alcestis pro eo se obtulit ὡς ἦλθεν ἡ τῦ θνήσκειν ἡμέρα. *Cum dies mortis venisset;* Inde sane verisimile est, morbo hâc conditione solutum, ut aliam Victimam substitueret, quod ut efficeret, deinceps circumiit, Parentesque & amicos, ut pro se mortem obire vellent, oravit, uti sequenti segmento nobis ob oculos positum penitius lustrabimus. Parentes, inquit ETASTES, nisi fallor, lecto adstantes video. Imò & Uxorem & Liberos, excepit DULODORUS. *Uxorem* arbitror, quæ ad lecti verticem, lugentis instar assidet: *Patrem*, qui senex ad pedes ægrotantis dextram mulcet: *Matrem*, quæ vetula ad latus eminet: *Filiam*, quæ genibus innixa morienti manum tendit. *Filium*, qui juxta sinistram gementis habitu caput brachio fulcit: Omnes præsentaneam vel mariti, vel filii, vel patris necem deplorantes, nullâque adhuc auxilii Phœbei notitiâ recreati. Uxoris nomen, inquit ETASTES, ex superioribus patet; sed Patris & Matris: Sed Filii & Filiæ mihi hactenus non innotuit. Patris nomen, respondit DULODORUS, utique vulgatum est: *Pheres* dicebatur, eratque Thessaliæ Rex. Hinc sanè Apollini apud eundem Euripidem v. 11. Admetus παῖς Φέρητος *Pheretis filius* vocatur: Et ipse Pheres ad Admetum v. 675. seq.

Ὦ παῖ,
Οὐκ οἶσθα Θεσσαλόν με, κ'ἀπὸ Θεσσαλῦ
Πατρὸς γεγῶτα, γνησίως ἐλεύθερον.

O

O Fili!
An nescis me Thessalum, & à Thessalo
Patre natum, verè liberum.

Thessaliæ Regem memoras, inquit ETASTES; At suprà etiam Alcestidis patrem Peliam Thessaliæ Regem nuncupâsti. An duo igitur fuêre eodem tempore? Fuêre, respondit DULODORUS, sed diversis in Thessaliæ partibus. Et quid si Reges subordinati fuerint? Apollonio in Argonauticis

Φεραῖς Ἄδμητος ἐυῤῥήνεσσιν ἀνάσσων.
Pheris Admetus ditibus imperans.

Argonautis se associasse memoratur, id quod Peliæ tempore factum est. Pelias autem, Valerio Flacco authore,

Æmoniam primis frenabat ab annis,
Jam gravis, & longus Populis metus. Illius omnes,
Jonium quicunque petunt: Ille Othryn, & Æmum,
Atque imum felix versabat vomere Olympum.

Adeò ut hunc, si non toti, magnæ tamen Thessaliæ parti imperâsse rectè credas, cùm interim Admetus Pheris à patre acceptis se contineret. Pheres certè ipse Acastum, Peliæ filium & Successorem, Alcestidis sororis pœnas ab Admeto sumturum v. 733. minatur.

De Patre Admeti acquiesco, inquit ETASTES. De Matre si quid habes, audire velim. Mater, respondit DULODORUS, *Periclymene*, dicebatur, & *Minyæ filia* erat. Minyæ? excepit ETASTES. Atqui Hyginus fab. XIV. *Minois filiam* memorat, ubi Argonautas recensens: *Admetus*, inquit, *Pheretis filius Matre Periclymene Minois filia.* Adde quòd Micyllus in vetusto exemplari *Clymene* fuisse asserat. Scio, regessit DULODORUS, & licet Scheferus inde *Matre Clymene* legat, eamque lectionem ex Apollonii Scholiaste ad L. I. v. 45. adstruere nitatur; Ubi hæc sunt: Ἴφικλος υἱὸς ἦν Φυλάκου καὶ Κλυμένης: Hic tamen ipse locus ostendit, eam lectionem falsam esse; Clymene enim non Pheretis, sed Phylacis Uxor fuit. Ut ut autem de Clymene Micylli observatio corruat, non tamen corruit ejusdem conjectura, *apud Hyginum scil. pro MINYÆ, MINOIS substitutum esse;* Periclymene enim Minois filia nullibi legitur: Periclymene autem filia Minyæ legitur apud Scholiasten Apollonii. Ἐκ Μινύου καὶ Κλυμένης, inquit, γίνεται Πρέσβων καὶ Περικλυμένη καὶ Ἐτεοκλυμένη. Et sanè Admeti matrem Minyæ filiam fuisse, non autem Minois, vel inde verisimile est, quod inter Argonautas Admetus numeratur, Argonautas enim *Minyas* dictos, quod à Minyæ filiabus prognati essent, Apollonio teste constat, L. I. v. 228. seqq. Argonaut:

Τόσσοι ἄρ' Αἰσονίδῃ συμμήστορες ἠγερέθοντο.
Τοὺς μὲν ἀριστῆας Μινύας περιναιετάοντες
Κίκλησκον μάλα πάντας, ἐπεὶ Μινύαο θυγατρῶν
Οἱ πλεῖστοι καὶ ἄριστοι ἀφ' αἵματος εὐχετόωντο
Ἔμμεναι.

Tot Æsonidæ coadjutores congregabantur
Quos Optimates MINYAS circum habitantes
Vocarunt sanè omnes, quoniam Minyæ filiarum
Plurimi Optimique de sanguine gloriabantur
Esse

Rem verisimiliter deducis, infit ETASTES, quanquam fortassis & Minois filia credi possit, cùm utique Minos (de secundo loquor) nec ratione Chronologicâ excludatur, nec terrarum distantiâ. Licet ante Admetum Minos hic vixerit, intervallum tamen majus non est, quàm quod filiæ Admeti parenti collocandæ convenit. Licet etiam Creta à Thessalia & Pheris ingenti terrarum & Marium spatio fuerit disjuncta, Minoem tamen mare obtinuisse, adeòque Pagasas, quæ Pherarum navale fuerunt, imperio attigisse, ex historia dubitari non potest. Auta&ter philosopharis, subjunxit DULODORUS, quanquam nec ipse, nisi ratione verisimili; Probandum enim est, Periclymenen Minois filiam fuisse, id quod vereor, ut possis. Sed rem in medio relinquam, Admetique liberos, si ita Tibi videtur, in medium producam. Filium & Filiam hos agnoscis, excepit ETASTES, idque procul dubio ex picturis colligis, cùm succulentum alterius corpus, & prominula sub brachio papilla, puellam videatur demonstrare. Sed vellem scire, an pro lubitu Artifex hoc ita finxerit? an Authoris cujusdam authoritatem fuerit secutus? Euripides ei favet, respondit DULODORUS; In Alcestide enim v. 311. Alcestis ipsa de Liberis sollicita

Παῖς μὲν ἄρσην, inquit, πατέρα ἔχει πύργον μέγαν
Σὺ δὲ, ὦ τέκνον μοι, πῶς κορευθήσῃ καλῶς.
Filius quidem masculus patrem habet magnum propugnaculum.
Tu verò, ô FILIA mea, quomodo virginitatis annos transiges honestè?

Ita Eumelus, alter Alcestidis Liberorum, cùm matris mortem acerbè deflêsset, ad Sororem v. 410. infit

Σύ τ' ἐμοὶ σύγκασι κόρα
Συνέτλας.
Tuque mecum soror puella
Eadem sustines.

An *Eumelus* vocabatur filius? quæsivit ETASTES. Id ex Euripide constat, respondit DULODORUS; hoc enim nomine eum inter Alcestidis collocutores poëta producit, quanquam & inter eos memoretur, qui ad bellum Trojanum profecti sunt. Ita Hyginus Fab. 97. *Eumelus Admeti & Alcestis Peliæ filiæ filius è Perrhebia navibus VIII.* Et Homerus Il. B. v. 714.

Οἳ δὲ Φερὰς ἐνέμοντο παραὶ Βοιβηΐδα λίμνην,
Βοίβην, καὶ γλαφυρὰς, καὶ ἐϋκτιμένην Ἰαωλκὸν,
Τῶν ἦρχ' Ἀδμήτοιο φίλος παῖς ἕνδεκα νηῶν
Εὔμηλος, τὸν ὑπ' Ἀδμήτῳ τέκε δῖα γυναικῶν
Ἄλκηστις, Πελίαο Θυγατρῶν εἶδος ἀρίστη.

Qui

Qui autem Pheras habitabant apud Bœbeidem,
Bœbem, & Glaphyras, & bene ædificatam Jaolcum:
His imperabat Adineti dilectus filius, undecim navibus
EUMELUS. Hunc sub Admeto peperit nobilissima mulier
Alcestis, Peliæ filiarum forma præstantissima.

Res clara est, inquit ETASTES; Sed antequam ad alia pergamus, nomen filiæ adhuc doceri cuperem. Filia, reposuit DULODORUS, vocabatur *Perimele;* Eaque Argo Phryxi filio deinceps nupsit, & Magnetem peperit, qui Magnetibus à se nomen imposuit. Ita enim Antoninus Liberalis Fab. XXIII. Αργου τοῦ Φρίξου καὶ Περιμήλης τῆς Αδμήτου θυγατρὸς ἐγένετο Μάγνης. Οὗτος ᾤκησεν ἐγγὺς Θεσσαλίας, καὶ τὴν γῆν ταύτην ἀπ' αὐτοῦ Μαγνησίαν προσηγόρευσαν. Sequitur

ADMETUS
PARENTES & AMICOS, de subeunda pro se morte compellans.



Parentes pro Admeto mori noluisse, ex Hygino clarum est. *Et illud,* inquit, *ab Apolline accepit, ut pro se alius voluntariè moreretur, pro quo cùm neque Pater, neque Mater, mori voluissent, Uxor se Alcestis obtulit.* Patet, eos mori noluisse, inquit ETASTES; sed non patet, Admetum, id quod in Marmore facere videtur, eos rogasse. Id non de Parente tantùm, respondit DULODORUS; sed & de Amicis, testatur apud Euripidem Apollo in Prologo. v. 10. seqq.

Παιδὸς Φέρητος, ὃν θανεῖν ἐῤῥυσάμην
Μοίρας δολώσας; ἤνεσαν δὲ μοὶ θεαί.
Ἄδμητον ᾅδην τὸν παραυτίκ' ἐκφυγεῖν,
Ἄλλον διαλλάξαντα τοῖς κάτω νεκρόν.
Πάντας δ' ἐλέγξας, καὶ διεξελθὼν φίλους,
Πατέρα, γεραιάν θ' ἥ σφ' ἔτικτε Μητέρα

Οὐχ ἔυρε πλὴν γυναικὸς, ἥτις ἤθελε
Θανεῖν πρὸ κείνου, μηκετ' εισορᾶν φάος.

Filii Pheretis, quem liberavi à morte,
Parcis deceptis; Promiserunt autem mihi Deæ,
Admetum præsentem mortem effugiturum esse,
Alio cadavere inferis factâ permutatione.
Cùmque OMNES EXPLORARET, ETCIRCUMIRET AMICOS,
PATREM, ET ANUM MATREM, quæ ipsum peperit,
Neminem tamen invenit, præter CONJUGEM, quæ vellet
Mori pro ipso, & non amplius intueri hanc lucem.

Quid videtur Etasta? Annon locus Marmori convenit? Annon in eo patrem alloquitur adstante matre? Annon amicorum alter à tergo Admeti, sat evidenti gestu, petitionem indignam sibi videri, innuit? Annon alter, a tergo Pheretis patris, auscultare videtur rationes, quibus & is mortem declinet? Graves, inquit ETASTES, oportet fuisse Pheretis rationes; manibus enim conjunctis eas quasi numerat; Sed quæ poterunt fuisse semi-decrepito? qui vitæ satur fuisse, & exiguâ impensâ filium denuò generare poterat? Ita Tecum sentiebat Admetus, respondit DVLODORVS; Hæc enim apud Euripidem ipse, Patrem v.636. seqq. allocutus:

Ουκ ἦσθ' ἄρ' ὀρθῶς τοῦδε σώματος πατὴρ,
'Ουδ' ἡ τεκεῖν φάσκουσα, καὶ κεκλημένη
Μήτηρ μ' ἔτικτε.
Ητ' ἄρα πάντων διαπρέπεις ἀψυχίᾳ,
'Οθ' ἡλίκος τ' ὢν, κἀπὶ τέρμ' ἥκων βίου
'Ουκ ἠθέλησας οὐδ' ετόλμησας Θανεῖν
Τοῦ σοῦ πρὸ παιδός.

Non fuisti verè mei corporis Pater:
Neque illa, quæ dicitur me peperisse, & vocatur
Mater, me peperit.
Profectò omnes excellis timiditate,
Quòd jam grandis natu cùm sis, cùmque ad vitæ metam veneris,
Non voluisti, neque ausus es, mori
Pro tuo filio.

Sed ad hæc egregiè respondet Pheres v. 681. & seqq.

'Εγὼ δὲ σ' οἴκων δεσπότην ἐγεινάμεν
Κἄθρεψ' ὀφείλων, οὐχ ὑπὲρ θνήσκων σέθεν.
'Ου γὰρ πατρῷον τὸν δ' ἐδεξάμην νόμον,

Παί-

Παίδων προθνήσκειν πατέρας, ουδ' Ἑλληνικόν.
Σαυτῷ γὰρ, εἴτε δυστυχὴς, εἴτ' εὐτυχὴς,
Ἔφυς. Ἃ δ' ἡμῶν χρῆν σε τυγχάνειν, ἔχεις.
Πολλῶν μὲν ἄρχεις, πολυπλέτρους δέ σοι γύιας
Λείψω. Πατρὸς γὰρ ταυτ' ἐδεξάμην πάρα.
Τι δῆ τα σ' ἠδίκηκα; Τοῦ σ' ἀποστερῶ;
Μὴ θνήσχ' ὑπὲρ τοῦδ' ἀνδρὸς, ουδ' ἐγῶ πρὸ σοῦ
Χαίρεις ὁρῶν φῶς; Πατέρα δ' ου χαίρειν δοκεῖς.
Ἠ μὴν πολὺν γε τὸν κάτω λογίζομαι
Χρόνον. Τὸ δὲ ζῆν σμικρὸν, ἀλλ' ὅμως γλυκύ.

Ego Te domûs dominum genui,
Et educavi, ut debui, non ut pro te morerer;
Non enim hanc patriam legem accepi,
Ut Parentes morerentur pro Liberis: neque moribus Græcis
hoc receptum est.
Tibi enim ipsi, sive sis infortunatus, sive fortunatus,
Natus es: Quæ vero à Nobis oportet Te habere, hæc habes;
Imperas enim multis, & multorum jugerum arva Tibi
Relinquam: Nam & hæc accepi à patre meo.
Quâ igitur injuriâ affeci Te? quâ re Te privo?
Ne moriaris pro hoc viro, neque ego pro Te.
Gaudes videns lumen? & putas patrem non gaudere?
Certè reputo longum apud Inferos
Tempus; brevis enim est vita, sed tamen dulcis.

Hæc benè, inquit ETASTES; An autem non excusat timiditatem? Eam retorquet, respondit DULODORUS; Ita enim v. 701.

Ὀνειδίζεις φίλοις
Τοῖς μὴ θέλουσι δρᾶν τάδ', αὐτὸς ὢν κακὸς
Σίγα, νόμιζε δ', εἰ σὺ τὴν σαυτοῦ φιλεῖς
Ψυχὴν, φιλεῖν ἅπαντας.

Exprobas amicis timiditatem,
Qui hæc noluerunt facere, cùm tamen ipse sis timidus.
Tace, & existima: si Tu Tuam amas
Vitam, & omnes suam amare.

Non pro se tantùm, excepit ETASTES, sed & pro amicis Pheres has rationes videtur attulisse. Quinam autem amici fuerint? quibusque nominibus appellati? Non ingratum feceris, si mihi pandas. Nomina, regessit Dulodorus, reticent Authores. Ex eo autem, quòd in Marmore alter Sceptrum, alter Gladium gestat, conjectura subit, & ipsos ex Regio genere fuisse. Oliverius

verius ad Valerium Maximum: *Admetum Propinquos, & Amicos, & Clientes, ipsosque denique Servos*, ait, *tentâsse: neminem tamen inventum esse, qui pro ipso mori voluerit, præter Uxorem*. Apollodorus ultra Parentes & Uxorem non descendit: adeò ut, quod Ille in excessu, hic in defectu tradidisse, Authorque Marmoris sententiam Apollinis apud Euripidem videatur secutus, apud quem, ut vidimus, Admetus non Parentes tantùm, sed & Amicos explorasse memoratur. An autem is, qui Sceptrum gestat, *Acastus* fuerit Rex Jolci? Et is, qui Gladium ostendit *Periclymenus*, fratrum suorum fortissimus, incerta disquisitio foret, licet uterque Admeti Patruelis fuerit, *Hic* ex Neleo, *Ille* ex Pelia, Pheretis fratribus orti. Conjectura, excepit ETASTES, haud videtur frivola; Sceptrum enim Regem indubiè denotat, & gladius fortitudinis apertum est indicium. Nisi ad Admeti fratres respicias, excepit DULODORUS, *Lycurgum* scil. & *Percapen*, quos Apollodorus memorat: Hos sanè ut præferas, fortassis & mulieres suadere poterunt. Præter matrem, excepit ETASTES, mulieres adhuc duas video, & ea quidem, quæ ultimo loco lacrymabunda, caput manu fulcit, haud obscurè mihi videtur Alcestis esse, Mariti enim, imò suam calamitatem acerbè deplorat. Quæ autem altera? De Alcestide, respondit DULODORUS, rectè judicas. Altera fortassis *Idomene* est, Admeti Soror, quæ Amythaoni patruo dicitur nupsisse; uti ex Theatro Gen. H. Henningii T. I. p. 176. 168. patet. Hæc ut ut & ipsa Admeto, de vita sollicito intenta, tamen in se periculum non videtur admittere. Secus Alcestis, quæ, ut in hoc marmore fatalem necessitatem deflet, ita & in sequenti casum jam in se videtur derivâsse. Nam

ADMETUS
Alcestidi mortem dissuadens,



Eô videtur exhiberi. Paradoxon memoras, inquit ETASTES; Admetum Alcestidi mortem dissuasisse, qui cæteros, ut mortem pro se subirent, memoratur rogâsse? Non abs authoritate loquor, respondit DVLODORVS; totum enim hoc segmentum ad mentem Euripidis videtur concinnatum. Ibi sanè

sanè, cùm Alcestis mortem pro Conjuge in se recepisset, Ancilla ad Chorum de Admeto inquit v. 199. seqq.

Κλαίει γ' ἄκοιτιν ἐν χεροῖν φίλην ἔχων
Καὶ μὴ προδοῦναι λίσσεται.

Jam plorat in manibus habens charam conjugem,
Et precatur eam, ne se deserat.

Imò Admetus ipse ad Alcestin v. 275. seqq.

Μὴ πρὸς τῶν Θεῶν τλῇς με προδοῦναι,
Ἀλλ' ἀνατόλμα
Σοῦ γὰρ φθιμένης οὐκ ἔτ' ἂν εἴην
Εν σοὶ δ' ἐσμὲν καὶ ζῆν καὶ μή.

Per DEos rogo Te, ne velis me deserere;
Sed animum recipe.
Te enim mortuâ ego non amplius ero;
Penes enim Te est, ut vivam, vel non vivam.

Locus contrarium evincit, excepit ETASTES. Conjugi mortem non dissuadet Admetus; Non enim rogat eam, ne se velit deserere, uti interpreti videtur; sed ne se velit προδοῦναι, *prodere!* prodere autem videtur, qui morti tradit, non qui morti pro alio se offert. Ita & ἀνατολμᾶν minus rectè *animum recipere* videtur verti, cùm reverâ *audere* significet; Monet igitur Admetus, ut audeat pro se mori; additque rationem: *In Te*, inquit, *est, ut vivam, vel non vivam.* Erat scil. ut viveret maritus, si moreretur uxor: ut non viveret, si ipsa vitam eligeret. Quid videtur DULODORE? Aliud omninò, respondit ILLE. Principem enim Admeti rationem omittis Σοῦ γὰρ φθιμένης οὐκ ἔτ' ἂν εἴην *Te enim mortuâ ego non amplius ero*, inquit. Hôc positô dicit, mortem Conjugis sibi nihil profuturam, imò potius, quôd anima sua ab illius animâ pendeat, certam mortem etiam sibi attracturam, precaturque Alcestin, ne se deserat aut prodat; Prodere enim omninò videbatur, quæ certæ morti morte suâ eum traditura erat, cùm tamen eâ in vivis remanente, & ipse forsan remanere posset, aliô scilicet pro Eo moriente. Vox ἀνατολμᾶν quod Tu *audere* interpretaris, pro me stat. Nam præpositio ἀνὰ non est otiosa, sed omninò significat quod & alias in compositione, *retrò* scil. Dicit igitur Admetus, non *aude mori*; sed *retrò aude!* id est, quæ ausa es morti Te offerre, nunc aude retrò, scil. Te servare. At posterior ratio, inquit ETASTES, contrarium potius evincit. Penes Te inquit, est ut vivam vel non vivam. Ita Interpres, excepit DULODORUS, propriè autem ita verteres: *In Te enim sumus & victuri & non*: Victuri scil., si Tu vivas; non victuri, si Tu vivere desinas. Additur & rationis ratio;

Σὴν γὰρ φιλίαν σεβόμεσθα,

Tuam enim amititiam colimus.

Ex quo utique planum est, Admetum ideò mortem dissuadere, quòd ea & sibi

sibi mortem certam allatura esset, cùm è contrario, si illa vitæ se servaret, & ipse forsitan servari posset, aliô se morti pro eo offerente. Quicquid sit, infit ETASTES, Admetus tamen ex animo non videtur locutus; id enim ex esquentibus patet, in quibus, cùm Alcestis, nullâ superiorum habitâ ratione, eum rogaret, ne Novercam Liberis suis superinduceret, non amplius ei mortem dissuasit, sed securè mori jussit:

Ἔσαι τάδ᾽, ἔσαι, μὴ τρέσῃς

Fient hæc, fient, ne metuas!

inquit. Fateor, respondit DULODORUS; Mortis enim suæ, mortem Conjugis secuturæ, non amplius meminit; sed potius asserit, Morte Conjugis sibi vitam dari; Ita enim persequitur v. 336.

Οἴσω δὲ πένθος ὐκ ἐτήσιον τόδε,
Ἀλλ᾽ ἔς᾽ ἂν αἰὼν ὁ ἐμὸς ἀντέχῃ, γύναι,
Στυγῶν μὲν ἥ μ᾽ ἔτικτεν, ἐχθαίρων δ᾽ ἐμὸν
Πατέρα, λόγῳ γὰρ ἦσαν, ὐκ ἔργῳ φίλοι.
Σὺ δ᾽ ἀντιδῦσα τῆς ἐμῆς τὰ φίλτατα
Ψυχῆς, ἔσωσας.

Feram luctum non hujus tantùm anni,
Sed donec vita mihi duraverit, O Conjunx!
Odio quidem habens, quæ me peperit. Odio etiam prosequens meum
Patrem; nomine enim erant amici, non re.
Tu autem dans charissima pro mea
Vita, servâsti me.

Imò, ut mortem Conjugi eô tolerabiliorem redderet, in sequentibus multa, promittit, ejus memoriæ & honori se facturum. Intermissurum convivia: neglecturum coronas & cantilenas: Splendidè curaturum ejus corpus, simulacrumque secum in lecto habiturum: imaginem in somnis visurum. Quid interim Alcestis? excepit ETASTES. Tenax propositi est, regessit DULODORUS, & mortem constanter exspectat, luctumque mariti solatur. Ad Liberos enim ait: v. 379.

Ὦ τέκν᾽ ὅτε ζῆν μ᾽ ἐχρῆν ἀπέρχομαι κάτω.

O Liberi! cùm vivere me decebat ad inferos eo.

Et ad Maritum. v. 381.

Χρόνος μαλάξει σ᾽ ὐδέν ἐσθ᾽ ὁ κατθανών.

Tempus minuet Tibi luctum: mortuus nihil est.

Verè hoc, inquit ETASTES, & justè; Valerius Maximus, cùm Ti. Grachum, ut fata Conjugis anteverteret, serpentem masculum necâsse memorasset: *O Te Thessaliæ Rex Admete Crudelem!* exclamat, & *diri facti crimine sub magno judice damnatum! qui Conjugis Tuæ fata pro Tuis permutari passus*

sus es, eâque, ne Tu extinguereris, voluntario obitu consumtâ, lucem intueri potuisti! Siccioribus id oculis fecit, inquit DULODORUS, quàm qui â tergo Alcestidis visuntur. An ejus Liberi hi sunt? quæsivit ETASTES. Sed grandiores videntur, quàm suprà. Et uterque masculus est, respondit DULODORUS, cùm tamen Liberi, masculus & femella fuerint. Mihi figuræ hæ *Chorus* videntur & *Semichorus*, quos Euripides fabulæ admiscuit, nunc inter se, nunc cum Ancilla colloquentes, nunc lacrymas & luctum cientes.

> Παῖ, παῖ. Φεῦ, φεῦ. Ἰὼ, ἰώ. παῖ Φέρητος,
> Οἷ᾽ ἔπραξας δάμαρτος σῆς στερηθείς.
> *Fili, Fili! heu, heu! jo, jo! Fili Pheretis,*
> *Quomodo rem geris, uxore Tuâ privatus?*

inquit Chorus v. 226. seqq. Et Hemichorion v. 107. cùm horam fatalem adesse audisset, ad Chorum

> Ἔθιγες ψυχᾶς, ἔθιγες δὲ φρενῶν
> *Attigisti*, inquit, *animum, attigisti etiam mentem!*

Sed

ALCESTIS moriens.



Sequitur. Lecto incumbentem video, inquit ETASTES, non minus ac suprà Admetum. An hujus apud Authores mentio est? Est, regessit DULODORUS; Ita enim Ancilla apud Euripidem, cùm pro Liberis eam sacrificâsse narrâsset:

> Κἄπειτα θάλαμον εἰσπεσοῦσα, καὶ λέχος.
> Ἐνταῦθα δὴ δάκρυσεν κἄλεγε τάδε.
> Ὦ λέκτρον ἔνθα παρθένεια ἔλυσ᾽ ἐγὼ

Κορεύ-

Κορεύματ' ἐκ τȣ̃ δ' ἀνδρὸς ȣ̃ θνήσκω περί
Χαῖρ', ȣ̓ γὰρ ἐχθαίρω σ', ἀπώλεσας δέ με.
Μόνην. Προδȣ̃ναι γαρ σ' ὀκνȣ̃σα, καὶ πόσιν,
Θνήσκω. Σὲ δ' ἄλλη τις γυνὴ κεκτήσεται,
Σώφρων μὲν ȣ̓κ ἂν μᾶλλον, εὐτυχὴς δ' ἴσως.
Κύνει δὲ προσπιτνȣ̃σα. Πᾶν δὲ δέμνιον
Ὀφθαλμοτέγκτῳ δεύετο πλημμυρίδι.
Ἐπεὶ δὲ πολλῶν δακρύων εἶχεν κόρον
Στείχει προνωπὴς, ἐκπεσȣ̃σα δεμνίων
Καὶ πολία θάλαμον ἐξιȣ̃σ' ἐπεςράφη
Κἄῤῥιψεν αὐτὴν αὖθις ἐς κοίτην πάλιν.

Deinde vero irruens in Thalamum & in lectum,
Ibi tunc lacrymari cœpit, & dixit hæc:
O lecte! in quo Virgineam solvi ego
Puella zonam, cum hoc viro, pro quo jam morior,
Vale! Non enim Te odi: perdidisti tamen me
Solam; Verita enim Te prodere & maritum,
Morior. Alia vero aliqua mulier Te possidebit,
Non quidem castior, sed fortasse felicior.
Osculabatur autem eum advoluta. Totus verò lectus
Ex oculis manante rigabatur proluvie.
Postquam autem multarum lacrymarum habuit satietatem,
Procedit extra thalamum, discedens à Lecto,
Et sæpè egressa è thalamo, rediit
Et ABJECIT SE IN LECTUM ITERUM ET ITERUM.

Luculentum est hoc de Lecto testimonium, inquit ETASTES. Quis autem est ille, qui ad pedes assidet lacrymabundus? Quænam item, quæ ferali habitu morienti adstat? Qui lecto assidet, respondit DULODORUS, ipse Admetus est, fata Uxoris, an exspectans? an deplorans? Eum morienti adfuisse, ex Euripide planum est; Ita enim cum ea colloquitur ad extremum usque halitum,

Αδ. Ἄγȣ με σὺν σοι, πρὸς θεῶν, ἄγȣ κάτω.
Αλ. Αρκȣ̃μεν ἡμεῖς οἱ προθνήσκοντες σέθεν.
Αδ. Ὦ δαῖμον, οἵας συζύγȣ μ' ἀποςερεῖς.
Αλ. Καὶ μὲν σκοτεινὸν ὄμμα μȣ βαρύνεται.
Αδ. Απωλόμην ἄρ', εἰ με δὴ λείψεις, γύναι.
Αλ. Ως ȣ̓κ ἔτ' ἦσαν, ȣ̓δὲν ἂν λέγοις ἐμέ.
Αδ. Ὄρθȣ πρόσωπον, μὴ λίπῃς παῖδας σέθεν.
Αλ. Οὐ δῆτ' ἑκȣ̃σα γ', ἀλλὰ χαιρέτω τέκνα.

Αδ.

Ad. Βλέψον πρὸς αὐτοὺς, βλέψον. Αλ. ὐδὲν εἰμ' ἔτι.
Ad. Τί δρᾷς; προλείπεις; Αλ. χαῖρ' Ad. Απολόμην τάλας.

Adm. *Duc me Tecum, per Deos oro. Duc ad Inferos.*
Alc. *Satis est me mori pro Te.*
Adm. *O Fatum! quali Conjuge me privas?*
Alc. *Atqui tenebricosi mei gravantur oculi.*
Adm. *Perii igitur, si me jam reliqueris mulier.*
Alc. *Ut eam, quæ nihil amplius sum, nihil me dixeris esse.*
Adm. *Erige faciem! ne relinquas Tuos Liberos.*
Alc. *Non quidem volens; Sed valeant Liberi.*
Adm. *Intuere eos! intuére!* Alc. *Nihil amplius sum.*
Adm. *Quid agis? deseris?* Alc. *Vale.* Adm. *Perii miser.*

Acerba necessitas! exclamavit ETASTES. Sed reliqua videamus. Fœmina velata, quæ ad lectum adstat, quænam videtur? Ipsa Mors, respondit DULODORUS; hanc enim ad abducendam Alcestin venisse, Apollo ait, cum ea collocutus. v. 47. Cui illa respondet:

Κ'απάξομαί γε νερτέραν ὑπὸ χθόνα.
Et quidem abducam sub terram ad Inferos.

Assurgerem placito, inquit ETASTES si, virum hæc facies adumbraret. θάνατος enim Græcis masculino genere dicitur; At unde genus Tu distingueres? excepit Dulodorus. An ex veste? At hæc talis est, qualis mortuorum solet, qualemque & Θανάτυ, Mortis fuisse, ex epithetho μελαμπέπλυ *nigris peplis amictæ* apparet. Ita sané Hercules, hac ipsa in Euripidis de Alcestide Tragœdia v. 844.

Ἐλθὼν δ' ἄνακτα μελάμπεπλον νεκρῶν
Θάνατον φυλάξω.

Profectus igitur, Mortuorum Reginam, atris indutam peplis,
Mortem observabo.

Sed nec gladium gestat, perrexit ETASTES, quô tamen morientis capillum se lustraturam Mors v. 76. seqq. minatur.

Στείχω δ' ἐπ' αὐτὴν, ὡς κατάρξομαι ξίφει.
Ἱερὸς γαρ ὗτος τῶν κατὰ χθονὸς θεῶν
Ὅυτυ τό δ' ἔγχος κρατὸς ἁγνίσει τρίχα.

Accedo, inquit, *ad eam, ut gladio sacra auspicer;*
Iste enim sacer Diis inferis,
Cujus hic gladius lustrarit capillum capitis.

Dum de capillis loqueris, inquit DULODORUS, in mentem mihi venit locus Virgilii, ubi Proserpina eos auferre dicitur; Ita enim de Didone in fin: Æn. IV.

Κορεύματ᾽ ἐκ τȣ̃ δ᾽ ἀνδρὸς ȣ̓ θνήσκω περί
Χαῖρ᾽ ȣ̓ γὰρ ἐχθαίρω σ᾽, ἀπώλεσας δέ με.
Μόνην. Προδȣ̃ναι γαρ σ᾽ ἐκνȣ̃σα, καὶ πόσιν,
Θνήσκω. Σὲ δ᾽ ἄλλη τις γυνὴ κεκτήσεται,
Σώφρων μὲν ȣ̓κ ἂν μᾶλλον, ἐυτυχὴς δ᾽ ἴσως.
Κύνει δὲ προσπιτνȣ̃σα. Πᾶν δὲ δέμνιον
Οφθαλμοτέγκτῳ δεύετο πλημμυρίδι.
Ἐπεὶ δὲ πολλῶν δακρύων ἔιχεν κόρον
Στέιχει προνωπὴς, ἐκπεσȣ̃σα δεμνίων
Καὶ πολία θάλαμον ἐξιȣ̃σ᾽ ἐπεςράφη
Κἄῤῥιψεν αὐτὴν ἄυθις ἐς κόιτην πάλιν.

Deinde vero irruens in Thalamum & in lectum,
Ibi tunc lacrymari cœpit, & dixit hæc :
O lecte ! in quo Virgineam solvi ego
Puella zonam, cum hoc viro, pro quo jam morior,
Vale ! Non enim Te odi : perdidisti tamen me
Solam ; Verita enim Te prodere & maritum,
Morior. Alia vero aliqua mulier Te possidebit,
Non quidem castior, sed fortasse felicior.
Osculabatur autem eum advoluta. Totus verò lectus
Ex oculis manante rigabatur proluvie.
Postquam autem multarum lacrymarum habuit satietatem,
Procedit extra thalamum, discedens à Lecto,
Et sæpè egressa è thalamo, rediit
Et ABJECIT SE IN LECTUM ITERUM ET ITERUM.

Luculentum est hoc de Lecto testimonium, inquit ETASTES. Quis autem est ille, qui ad pedes assidet lacrymabundus ? Quænam item, quæ ferali habitu morienti adstat ? Qui lecto assidet, respondit DULODORUS, ipse Admetus est, fata Uxoris, an exspectans ? an deplorans ? Eum morienti adfuisse, ex Euripide planum est ; Ita enim cum ea colloquitur ad extremum usque halitum,

Αδ. Ἄγȣ με σύν σοι, προς θεῶν, ἄγȣ κάτω.
Αλ. Αρκȣ̃μεν ἡμεῖς ὁι προθνήσκοντες σέθεν.
Αδ. Ὦ δαῖμον, ὅιας συζύγȣ μ᾽ ἀποςερεῖς.
Αλ. Καὶ μὲν σκοτεινὸν ὄμμα μȣ βαρύνεται.
Αδ. Απωλόμην ἄρ᾽, ἔι με δὴ λείψεις, γύναι.
Αλ. Ως ȣ̓κ ἔτ᾽ ἦσαν, ȣ̓δὲν ἂν λέγοις ἐμέ.
Αδ. Ὄρθȣ πρόσωπον, μὴ λίπης παῖδας σέθεν.
Αλ. Οὐ δῆ τ᾽ ἐκȣ̃σα γ᾽, ἀλλα χαιρέτω τέκνα.

Αδ.

Ad. Βλέψον πρὸς αὐτὰς, βλέψον. Αλ. ὐδὲν εἰμ' ἔτι.
Ad. Τί δρᾷς; προλείπεις; Αλ. χαῖρ' Ad. Απολόμην τάλας.

Adm. *Duc me Tecum, per Deos oro. Duc ad Inferos.*
Alc. *Satis est me mori pro Te.*
Adm. *O Fatum! quali Conjuge me privas?*
Alc. *Atqui tenebricosi mei gravantur oculi.*
Adm. *Perii igitur, si me jam reliqueris mulier.*
Alc. *Ut eam, quæ nihil amplius sum, nihil me dixeris esse.*
Adm. *Erige faciem! ne relinquas Tuos Liberos.*
Alc. *Non quidem volens; Sed valeant Liberi.*
Adm. *Intuere eos! intuére!* Alc. *Nihil amplius sum.*
Adm. *Quid agis? deseris?* Alc. *Vale.* Adm. *Perii miser.*

Acerba necessitas! exclamavit ETASTES. Sed reliqua videamus. Fœmina velata, quæ ad lectum adstat, quænam videtur? Ipsa Mors, respondit DULODORUS; hanc enim ad abducendam Alcestin venisse, Apollo ait, cum ea collocutus. v. 47. Cui illa respondet:

Κ'απάξομαί γε νερτέραν ὑπὸ χθόνα.
Et quidem abducam sub terram ad Inferos.

Assurgerem placito, inquit ETASTES si, virum hæc facies adumbraret. θάνατος enim Græcis masculino genere dicitur; At unde genus Tu distingueres? excepit Dulodorus. An ex veste? At hæc talis est, qualis mortuorum solet, qualemque & Θανάτυ, Mortis fuisse, ex epithetho μελαμπέπλυ *nigris peplis amictæ* apparet. Ita sané Hercules, hac ipsa in Euripidis de Alcestide Tragœdia v. 844.

Ἐλθὼν δ' ἄνακτα μελάμπεπλον νεκρῶν
Θάνατον φυλάξω.

Profectus igitur, Mortuorum Reginam, atris indutam peplis,
Mortem observabo.

Sed nec gladium gestat, perrexit ETASTES, quô tamen morientis capillum se lustraturam Mors v. 76. seqq. minatur.

Στείχω δ' ἐπ' αὐτὴν, ὡς κατάρξομαι ξίφει.
Ἱερὸς γὰρ ὗτος τῶν κατὰ χθονὸς θεῶν
Ὅυτυ τό δ' ἔγχος κρατὸς ἁγνίσει τρίχα.

Accedo, inquit, *ad eam, ut gladio sacra auspicer;*
Iste enim sacer Diis inferis,
Cujus hic gladius lustrarit capillum capitis.

Dum de capillis loqueris, inquit DULODORUS, in mentem mihi venit locus Virgilii, ubi Proserpina eos auferre dicitur; Ita enim de Didone in fin: Æn. IV.

Nondum illi flavum Proſerpina vertice crinem
Abſtulerat, Stygioque caput damnaverat Orco.

Imò, ubi id muneris & aliis delegari poſſe, planum eſt; Juno enim, Didonis miſerta, Iridi id injungit: Quæ proinde

Mille trahens varios adverſo Sole colores
Devolat, & ſupra caput adſtitit. Hunc ego Diti
Sacrum juſſa fero, Teque iſto corpore ſolvo:
Sic ait, & dextrâ crinem ſecat. omnis & una
Dilapſus calor, atque in ventos vita receſſit.

Quorſum hæc? infit ETASTES. Ut pateat, reſpondit DULODORUS, ſi θάνατος, ſive *Mors*, hæc non ſit, poſſe Proſerpinam videri, quæ & ipſa pro Morte haud rarò ſumitur, ſecundum illud Horatii:

Nullum ſæva caput Proſerpina fugit;

Quid enim prohibet, ut Sculptor hanc pro Morte ſubſtituerit? Cùm & ipſa Alceſtis non θάνατον μελάμπεπλον, Mortem nigris peplis indutam, Sed *Ditem* propè eſſe, ſeque abducere, v. Euripidis. 259. exclamet:

Ἄγει μ', ἄγει μέ τις, ὐχ ὁρᾷς
Νεκύων ἐς αὐλὰν, ὑπ' ὀρφύσι, κύαναυ-
γέ σε βλέπων πτερωτὸς ἅδας;

Abducit me, abducit me quis, non vides
In aulam mortuorum, ex cæruleis ſuperciliis
Torvum tuens alatus Pluto.

Adeò, ut abſurdum non ſit, uti Poeta vel θάνατον, vel Ἅδην morienti Alceſtidi affinxit, ita Sculptorem Proſerpinam affinxiſſe. Nec opus eſt, ut ea cum gladio exprimatur, cùm eôdem modô, quô Alceſtis à Plutone memoratur abducta, potuerit fuiſſe viſa. Id ſanè geſtibus non contrariatur; Proſerpina enim morienti adſtat, & Alceſtis jam jam moritura ad Charontem reſpicit, planè qualiter in Tragœdia v. 252. ſeq.

Ὁρῶ δίκωπον, ὁρῶ σκάφος.
Νεκύων δὲ πορθμεὺς ἔχων χέρ' ἐπὶ κοντῷ
Χάρων μ' ἤδη καλεῖ,

Video biremem, video ſcapham.
Mortuorum autem portitor habens manum ad contum
Charon me jam vocat.

At, inquit ETASTES, annon gladius videatur, quod erectæ juxta lectum labari inſtar capſulæ, intra quam effigies moribundæ proſpicit, affixum prominet? Quid hoc ſit, reſpondit DULODORUS, fateor me nec dum ſcire, gladium autem figura non refert. Fortaſſè colum arbitraberis, vitæ filum continentem. Glomerem ſanè in eo haud obſcurè obſerves, adeòque capſulam fortaſſis non abs ratione ſpeculum credas, promicantemque ex ea faciem, vel mori-

moribundæ Alceſtidis, vel ſanè ſpectrum alicujus Parcarum. Sed nihil decido. Libera ſit de his opinio! In ſequentibus res certior eſt. Prodit

ALCESTIS
Charontis Cymbam ingreſſura.



De Charonte, ſubjecit ETASTES, modò locum Euripidis attuliſti. Sed ille contum ei tribuit, cùm tamen in Marmore, non Cantum, ſed Remum teneat. Etiam hujus apud Euripidem eſt mentio, reſpondit DULODORUS; Ita enim verſu 361. Admetus, ſi Alceſtidem reducere poſſem, inquit,

Μ' οὔτ' ὁ Πλούτωνος κύων,
Οὔτ' οὐπὶ κώπῃ ψυχοπομπὸς αὖ Χάρων
ἔσχον. *Me neque Plutonis canis,*
Neque, qui ad Remum, animarum deductor Charon
retinerent.

& v. 439. ubi Chorus:

Ἴσω δ' αΐδης, ὁ μελαγχαίτης
Θεὸς, ὅς' ἐπὶ κώπᾳ.
Πηδαλίῳ τε γέρων
Νεκροπομπὸς ἵζει,
Πολὺ δὴ, πολὺ δη γυναῖκ' ἀρίσαν
Λίμναν Ἀχεροντίαν πορεύσας
Ἐλάτᾳ δικώπῳ.
Sicut autem Pluto nigricomus
Deus, & qui ad REMUM
Et ad Gubernaculum Senex
Mortuorum deductor ſedet,
Se jam longè optimam mulierem, longè optimam, inquam,
Transvexiſſe trans paludem Acherontiam
Cymba BIREMI.

Nondum illi flavum Proserpina vertice crinem
Abstulerat, Stygioque caput damnaverat Orco.

Imò, ubi id muneris & aliis delegari posse, planum est; Juno enim, Didonis miserta, Iridi id injungit: Quæ proinde

Mille trahens varios adverso Sole colores
Devolat, & supra caput adstitit. Hunc ego Diti
Sacrum jussa fero, Teque isto corpore solvo:
Sic ait, & dextrâ crinem secat. omnis & una
Dilapsus calor, atque in ventos vita recessit.

Quorsum hæc? infit ETASTES. Ut pateat, respondit DULODORUS, si Θάνατος, sive *Mors*, hæc non sit, posse Proserpinam videri, quæ & ipsa pro Morte haud raro sumitur, secundum illud Horatii:

Nullum sæva caput Proserpina fugit;

Quid enim prohibet, ut Sculptor hanc pro Morte substituerit? Cùm & ipsa Alcestis non Θάνατον μελάμπεπλον, Mortem nigris peplis indutam, Sed *Ditem* propè esse, seque abducere, v. Euripidis. 259. exclamet:

Ἄγει μ', ἄγει μέ τις, οὐχ ὁρᾷς
Νεκύων ἐς αὐλὰν, ὑπ' ὀρφόσι, κύαναυ-
γέ σε βλέπων πτερωτὸς ἅδας;

Abducit me, abducit me quis, non vides
In aulam mortuorum, ex cæruleis superciliis
Torvum tuens alatus Pluto.

Adeò, ut absurdum non sit, uti Poeta vel Θάνατον, vel Ἅδην morienti Alcestidi affinxit, ita Sculptorem Proserpinam affinxisse. Nec opus est, ut ea cum gladio exprimatur, cùm eôdem modô, quô Alcestis à Plutone memoratur abducta, potuerit fuisse visa. Id sanè gestibus non contrariatur; Proserpina enim morienti adstat, & Alcestis jam jam moritura ad Charontem respicit, planè qualiter in Tragœdia v. 252. seq.

Ὁρῶ δίκωπον, ὁρῶ σκάφος.
Νεκύων δὲ πορθμεὺς ἔχων χέρ' ἐπὶ κοντῷ
Χάρων μ' ἤδη καλεῖ,

Video biremem, video scapham.
Mortuorum autem portitor habens manum ad contum
Charon me jam vocat.

At, inquit ETASTES, annon gladius videatur, quod erectæ juxta lectum labari instar capsulæ, intra quam effigies moribundæ prospicit, affixum prominet? Quid hoc sit, respondit DULODORUS, fateor me nec dum scire, gladium autem figura non refert. Fortassè colum arbitraberis, vitæ filum continentem. Glomerem sanè in eo haud obscurè observes, adeòque capsulam fortassis non abs ratione speculum credas, promicantemque ex ea faciem, vel mori-

moribundæ Alceſtidis, vel ſanè ſpectrum alicujus Parcarum. Sed nihil decido. Libera ſit de his opinio! In ſequentibus res certior eſt. Prodit

ALCESTIS
Charontis Cymbam ingreſſura.



De Charonte, ſubjecit ETASTES, modò locum Euripidis attuliſti. Sed ille contum ei tribuit, cùm tamen in Marmore, non Cantum, ſed Remum teneat. Etiam hujus apud Euripidem eſt mentio, reſpondit DULODORUS; Ita enim verſu 361. Admetus, ſi Alceſtidem reducere poſſem, inquit,

Μ' οὔτ' ὁ Πλούτωνος κύων,
Οὔτ' οὑπὶ κώπῃ ψυχοπομπὸς αὖ Χάρων
ἔσχον. *Me neque Plutonis canis,*
Neque, qui ad Remum, animarum deductor Charon
retinerent.

& v. 439. ubi Chorus:

Ἴσω δ' αἴδης, ὁ μελαγχαίτης
Θεὸς, ὅς ἐπὶ κώπᾳ.
Πηδαλίῳ τε γέρων
Νεκροπομπὸς ἵζει,
Πολὺ δὴ, πολὺ δὴ γυναῖκ' ἀρίσταν
Λίμναν Ἀχεροντίαν πορεύσας
Ἐλάτᾳ δικώπῳ.
Sicut autem Pluto nigricomus
Deus, & qui ad REMUM
Et ad Gubernaculum Senex
Mortuorum deductor ſedet,
Se jam longè optimam mulierem, longè optimam, inquam,
Transvexiſſe trans paludem Acherontiam
Cymba BIREMI.

Ex quo loco non tantùm *Remo* Cymbam agitaſſe Charontem intelligis; ſed & Cymbam *biremem* fuiſſe: quanquam, quod omninò fatendum, pro Conto faciat Virgilius L. VI. & Seneca Trag. in Herc. furente & OEdipo, Quibus in ocis & trux Charontis aſpectus graphicè deſcribitur. Verba audire placet, regeſſit ETASTES. Seneca, perexit DULODORUS, in Oedipo ita habet:

Quique capaci turbida cymba
Flumina ſervat durus Senior
Navita crudus, vix aſſiduo
Brachia CONTO *laſſata refert.*

& in Hercule furente:

Hunc ſervat amnem cultu & adſpectu horridus
Pavidosque Manes ſquallidus geſtat Senex.
Impexa pendet barba: deformem ſinum
Nodus coercet: concavæ lucent genæ:
Pergit ipſe CONTO *portitor longo ratem.*

Tandemque Virgilius:

Hinc via tartarei quæ fert Acherontis ad undas.
Turbidus hîc cæno vaſtaque voragine gurges
Æſtuat, atque omnem Cocyto eructat arenam.
Portitor has horrendus aquas & flumina ſervat,
Terribili ſquallore Charon: Cui plurima mento
Canities inculta jacet. Stant lumina flamma,
Sordidus ex humeris nodo dependet amictus.
Ipſe ratem CONTO *ſubigit, velisque miniſtrat,*
Et ferruginea ſubvectat corpora cymba,
Jam ſenior. Sed cruda Deo viridisque Senectus.

Elegans eſt hæc Charontis deſcriptio, inquit ETASTES, ſimulacroque in Marmore expreſſo optimè convenit. Quis autem eſt ille, qui inter Alceſtidem & Charontem intercedit? Admetus eſt, reſpondit DVLODORVS; id enim ex miſerabili vultu, quo Conjugem reſpicit, facilè collegeris. Imò Charontis manum prenſat, perrexit ETASTES, an eum Conjugi faventiorem redditurus? An manus hæc, regeſſit DULODORUS, Admeti, an verò ipſius Alceſtidis ſit, dubitari poteſt; utrique enim brachium abſtulit injuria temporis. Si Alceſtidis arbitreris, Charon eam apprehendens credi, poterit excipere & in Cymbam deducere. Hæc utcunque ſe habeant, excepit ETASTES, Ego Admetum admiror, inter Charontem & Alceſtidem neſcio qua ratione effictum? Ratio, ſubjecit DULODORUS, varia eſſe poterit: vel quòd ipſe, vitæ ſuæ amans, Conjugi mortis cauſa fuit, unde rectè utique fingitur Charonti eam tradens: vel quòd amore victus, Conjugem à propoſito mortis retrahere tentaverit: Eò ſanè pertinere poterit mœſtitia vultûs, quâ Cymbam ingreſſuram reſpicit: vel denique quòd Alceſtidis funus ritè curaverit,

verit; eô enim faciliorem ei ad Inferos trajectum procul dubiô conciliavit. Non intelligo nexum, inquit ETASTES. At intelliges, respondit DULODORUS, si consideres, corpora insepulta Charontis Cymbam intrare nefas fuisse. Ita enim apud Maronem Æn. VI. Longæva Sacerdos:

Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenta,
Transportare prius, quàm sedibus ossa quierunt.

An Admetus, infit ETASTES, tam exquisitâ sepulturâ Conjugem extulit? Etiamsi, respondit DULODORUS, eam non nisi leviter curâsset, tamen cymbâ Charontis exclusa non fuisset; tantum enim ad hoc valere inanem, quantum plenam sepulturam, Servius ad dictum locum notavit. Quanquam Admetus sepulturæ honores plenissimè curâsse, Euripidi memoretur. Ita enim ipse, v. 422. seqq.

Ἀλλ', ἐκφορὰν γὰρ τȣ͂δε θήσομαι νεκρȣ͂,
Πάρεςε. καὶ μένοντες, ἀντηχήσατε
Παιᾶνα τῷ κάτωθεν ἀσπόνδῳ θεῷ.
Πᾶσιν δὲ Θεσσαλοῖσιν, ὧν ἐγὼ κρατῶ,
Πένθος γυναικὸς τῆςδε κοινȣ͂σθαι, λέγω,
Κȣρᾷ ξυρηκεῖ, καὶ μελαμπέπλῳ ςολῇ.
Τεθρίππά τε ζεύγνυσθε, καὶ μονάμπυκας
Πώλȣς σιδήρῳ τέμνετ' αὐχένων φόβην
Αὐλῶν δὲ μὴ κατ' ἄςυ, μὴ λύρας κτύπος
Ἔςω σελήνας δώδεκ' ἐκπληρȣμένας.
Οὐ γάρ τιν' ἄλλον φίλτερον θάψω νεκρὸν
Τȣ͂δ', ȣ̓δ' ἀμείνον' εἰς ἐμ'. Ἀξία δέ μοι
Τιμῆς, ἐπεὶ τέθνηκεν ἀντ' ἐμȣ͂ μόνη.

Sed (hoc enim cadaver efferam)
Adeste, & una per vices canite
Lugubre carmen Inferorum implacabili DEO.
Omnibus verò Thessalis, quibus ego præsum,
Jubeo communem esse luctum hujus mulieris,
Cæsarie rasâ & nigrâ veste:
Quadrigasque jungite, & singularibus
Equis ferro secate cervicis jubam.
Tibiarum verò ne per urbem, neque lyræ strepitus
Sit, duodecim integris mensibus,
Non enim ullum aliud charius cadaver sepeliam,
Quàm hoc, nequè quod sit plus de me meritum: digna autem
Est, quæ honore à me afficiatur; siquidem pro me est mortua sola.

Rasuram, inquit ETASTES, hoc ex loco observare placet; Hæc enim in Admeti capite nisi fallor, patet. Recte facis, regessit DULODORUS, hanc enim

enim indubium luctûs indicium Hercules agnoſcit: Ita enim v. 512. Admetum allocutus.

> Τι χρῆμα κȣρᾷ τῇδε πενθίμῳ πρέπεις.
> *Quam ob rem tonſurâ hâc lugubri inſignis es?*

Cui Admetus reſpondet:

> Θάπτειν τιν' ἐν τῇδε ἡμέρᾳ μέλλων νεκρόν.
> *Sepulturus ſum hodie quoddam cadaver.*

Sed ſextum ſegmentum ſubit: In eo

ALCESTIS,
à Mercurio Subterraneo excepta



Adumbratur. Mercurium video, inquit ETASTES; ſubterraneum autem cur voces? aut quomodo Alceſtidem excipere dicatur? non video. Mihi commune profundis & Superis Numen videbatur, quòd animas in Orcum deduceret, non quod eas in Orco exciperet. Utrumque videtur, ſubjunxit DULODORUS; Fuit enim Ταμίας τῶν ψυχῶν *Animarum quæſtor*, uti videre eſt apud Laertium in Pythagora; Non autem ex terris tantùm in Infernum eum animas deduxiſſe; ſed & in Inferno excepiſſe, ex hoc Monumento diſcimus, ad quod appoſitè apud Euripidem Chorus v. 741. ſeqq.

> Ω σχετλία, τύλμης γεναία
> Καὶ μέγ' ἄριςα
> Χαῖρε. Πρόφρων σε χθόνιός θ' Ερμῆς,
> Ἄδης τε δέχοι τ'.
> *O miſera! O propter audaciam generoſa,*
> *Et longe præſtantiſſima,*
> *Vale. Benevolus verò Te ſubterraneus Mercurius,*
> *Et Pluto excipiat!*

Mercurius hic χθόνιος vocatur, inquit ETASTES. χθόνιος autem *terrenum* ſignificat, & non *ſubterraneum*; Ita enim & reliquos DEos, Satyros, Satyriscos, Panes,

Panes, Paniscos, Sylvanos, Silenos, Fatuos, Fatuellos, Fatuas, Fatuellas, aliosque Deos *Chthonios* dici, Lil. Gyraldus author est: Qui tamen non *sub*, sed *in* terra potestatis suæ vires exerere credebantur. Quid si ita & Mercurius? Alia in hoc ratio est, respondit DVLODORVS. Mercurium *Chtonium*, non *terrenum*, sed *subterraneum*, aut si mavis *Infernum* verti debere, ex adjuncto Plutone constat, quem Orpheus in Hymno Eumenidum, & ipsum Δία χθόνιον vocat. Mercurium sanè non tantùm animas hominum sub inferna terræ ducere, sed & *Cocyti habitare insubversibilem viam necessitatis*, idem Author in Hymno ἑρμῆ χθονίῳ cecinit. Sed quid notis tantoperè inhæremus? Ignota tangam, excepit ETASTES; Quid figuræ armatæ, quarum prima juxta Alcestidem, tanquam moribunda, jacet? secunda, à tergo ejusdem stans, retrospicit? tertia, ipsa adhuc in Charontis Cymba, exscensuræ similis proram contingit? De his, subjecit DVLODORVS, quod doceam, fateor me non habere, nisi ex Virgilio rem dilucidandam arbitreris: quô canente, Acherontis ad ripas

Omnis turba effusa ruebat,
Matres, atque Viri, defunctaque Corpora vitâ
Magnanimûm Heroum.

Adeò ut Heroes hos arbitreris, simul cum Alcestide flumina transvectos. Flumen video, inquit ETASTES, imò & Alcestidem à Charonte in Domos Plunonis transvectam, Marmor hoc apertè docet. Sed ei contrariatur Euripides, qui eam ab Hercule apud Tumulum liberatam cecinit; Ita enim Hercules v. 840. seqq.

Δεῖ γάρ με σῶσαι τὴν θανοῦσαν ἀρτίως
Γυναῖκα, κεἰς τὸν δ' αὖθις ἱδρῦσαι δόμον
'Αλκηστιν, Αδμήτῳ δ' ὑπουργῆσαι χάριν.
'Ελθὼν δ' ἄνακτα τὸν μελάμπεπλον νεκρῶν,
Θάνατον φυλάξω, καὶ νιν εὑρήσειν δοκῶ,
Πίνοντα τύμβου πλησίον προσφαγμάτων.
Κἄνπερ λοχήσας αὐτὸν ἐξ ἕδρας συθεὶς
Μάρψω, κύκλῳ δὲ περιβαλῶ χεροῖν ἐμαῖν,
Ουκ ἔστιν ὅστις αὐτὸν ἐξαιρήσεται
Μογοῦντα πλευρὰ, πρὶν γυναῖκ' ἐμοὶ μεθῇ.

Oportet me nunc servare recens mortuam
Mulierem, & restituere in hanc domum
Alcestin, Admetoque gratiam referre.
Profectus igitur Mortuorum Reginam, atris indutam peplis,
Mortem observabo: & spero me inventurum ipsam
Bibentem apud Tumulum de Victimarum mactatarum sanguine.
Et si insidiis illi structis ex sede properans
Corripiam, & undique complexus premam meis manibus,
Nullus est, qui mihi eam eripiat
Certantem lateribus, priusquam mulierem mihi dimiserit.

Quid

Quid hæc demonſtrent, infit DULODORUS, non intelligo: Herculis conſilium produnt, in quo tamen non acquievit; Ita enim perſequitur:

Ην δ' ȣ̓ν ἀμάρτω τῆς δ' ἄγρας, καὶ μὴ μόλῃ
Πρὸς αἱματηρὸν πέλανον, ἔιμι τὴν κάτω,
Κόρης ἄνακτος τ' ἐις ἀνηλίȣς δόμȣς
Αιτήσομάιτε. Καὶ πέποιθ' ἄξειν ἄνω
Ἄλκηςιν.

Si verò hâc prædâ fruſtratus fuero, & mors non venerit
Ad cruentam molam, deſcendam ad Inferos
In obſcuram domum Proſerpinæ & Plutonis
Et poſtulabo, & confido me reducturum eſſe ſurſum
Alceſtin.

Et hoc conſilium fuit, excepit ETASTES, & quidem intra conſilium ſtetit, cùm è contrario prius illud revera ſe executum teſtetur ipſe, apud Eundem v. 1139. ubi cum Admetus quæſiviſſet:

Πῶς τὴν δ' ἔπεμψας νέρθεν ἐις Φάος τόδε?
Quomodo hanc reduxiſti ex Inferis in iſtam lucem?

Reſpondet Hercules

Μάχην συνάψας δαιμόνων τῷ κοιράνῳ.
Τύμβον παρ' ἀυτὸν &c.
Commiſſâ pugnâ cum Rege Dæmonum
Apud ipſum Tumulum.


Cum Rege Dæmonum, ſubjecit DULODORUS; Id fateri poſſum; Quid enim hoc ad Alceſtin? Nonne Rex Dæmonum, ſive Mors animam, quam Orco jam præmiſerat, ab Hercule coactus credatur revocâſſe? Victorique redeuntem reſtituiſſe? Quanquam ne hôc quidem effugiô opus ſit; Uti enim Euripides de tumulo teſtatur: Ita propoſitum, imò & aliud adhuc Manuſcripti Pighiani monumentum teſtantur de Inferno. Per Inferni portam Charontis Cymbam invehi, ſuprâ vidimus, & in ſequenti cernitur

HERCULES
Alceſtidem ex Inferni porta reducens.



Ne abs authoritate hoc arbitreris effictum, diversæ fuere de hac re Veterum sententiæ. Euripidem audivimus: Audiamus & Apollodorum! Ἄλκηστις ὑπὲρ αὐτοῦ ἀπέθανε καὶ αὐτὴν πάλιν ἀνέπεμψεν ἡ Κόρη, ὡς δὲ ἔνιοι λέγουσιν, Ἡρακλῆς μαχησάμενος Ἅδῃ. *Alcestis pro eo (Marito suo) mori non dubitavit, & eam Proserpina in vitam remisit, aut, ut quibusdam placet, Hercules commissâ cum Plutone pugna.* Habitus Alcestidis, inquit ETASTES, hoc in Monumento idem est, qui & in superiore: De porta autem dubium esse potest, annon tumulus is sit? Nullo modô, respondit DULODORUS, eodem enim in monumento, & quidem Alcestidi respondentem, videas & Theseum, ex simili porta ab Hercule eductum. Theseum autem ex Inferno reductum, ubi captivus detinebatur, nemo est, qui neget: adeò ut conjectura inde firmissima sit, idem etiam de Alcestide statuendum esse. Acquiesco, inquit ETASTES, & ut reliqua producas, jam ultrò moneo. Segmentum ultimum restat, inquit DULODORUS. In eo

HERCULES
Alcestidem Marito restituens



Visitur. Herculem, subjecit ETASTES, clava demonstrat: Et miror Fatorum providentiam, quæ & ex fabulis elucet; Nisi enim Hercules advenisset, Alcestis reducta non fuisset. Res eò clarior, excepit DULODORUS, quò notius est, non ob hoc, sed aliam prorsus ob causam, Herculem advenisse. Ipse sanè, cùm Pheras intrâsset, Choro percontanti, *quò tenderet?* respondit:

> Τιρυνθίῳ πράσσω τίν' Εὐρυσθεῖ πόνον.
> Θρῃκὸς τέτρωρον ἅρμα Διομήδους μέτα.
>
> *Tyrinthio Eurystheo quendam conficio laborem,*
> *Vado ad Quadrijugum currum Diomedis Thracis.*

Diomedis Equi, inquit ETASTES, octavus Herculis labor fuére: indeque constat, ritè Sculptorem Herculi barbam addidisse. An autem Admeto, hoc in Marmore, uxor restituatur? non abs re forsan dubitem, cùm nec Ille, qui Herculi colloquitur, ad fœminam: nec fœmina ad illum respiciat? quod tamen

ab utroque factum, insperata felicitas suadere poterit, qua alterum alterius in amplexus ruisse, credibile omninò est. Imò insperata felicitas, respondit DULODORUS, amplexus distulit: Nec Hercules statim Uxorem se reducere fassus est, nec Admetus Alcestim agnovit.

Γυναῖκα τήν δέ μοι σῶσαι λαβὼν,
Ἕως ἂν ἵππυς δεῦρο Θρηίκας ἄγων
Ἔλθω.

Hanc mulierem serves mihi acceptam,
Donec adducens Thracios Equos huc
Rediero.

Inquit apud Euripidem, Admetum allocutus Hercules, cùm Alcestidem ei traderet. Et Admetus, Dii boni! quot & quantis rationibus depositum deprecatur? Per Jovem patrem orat: Morsum & dolorem cordis causatur: Fidem Alcestidi datam obtendit: Et cùm recusare amplius non posset, mulierem Ministris deducendam imperat: Et Hercule etiam hoc negante, manumque extendere, hospitamque attingere jubente,

Καὶ μὴν προτείνω, inquit, Γοργόν' ὡς καρατόμῳ.

Atque extendo eam, ut Gorgoni caput resectæ.

Ex quibus omnibus utique patet, non eum habitum hîc exprimi, quô Uxorem suam excepit Admetus; sed eum, quô Alcestidem nondum agnoscens, Herculem deprecatur, ne se cogat mulierem peregrinam in ædes suas recipere. Sed ipsa Alcestis, inquit ETASTES, procul dubio Admetum agnovit; Quid igitur hæc in marmore tam quieta? Quidni mariti amplexibus sese insinuat? adeòque se notam reddit? Id quæris, respondit DULODORUS, quod & Admetus apud Euripidem v. 1143. licet Uxorem jam agnovisset:

Τὶ γάρ ποθ' ἥδ' ἄναυδος ἕστηκεν γυνή;

Cur verò mulier hæc muta stat?

Ad quod Hercules respondit:

Οὔπω θέμις σοὶ τῆς δὲ προσφωνημάτων
Κλύειν, πρὶν ἂν θεοῖσι τοῖσι νερτέροις
Ἀφαγνίσηται, καὶ τρίτος μόλῃ φάος.

Nondum fas Tibi hujus compellationes
Audire, priusquam Diis inferis
Fuerit purificata, & venerit tertius dies.

Figura unica restat, inquit ETASTES. Ea videlicet, quæ à tergo Herculis cum baculo visitur. An famulorum hic unus est, quibus mulierem Admetus commissurus erat? Non arbitror, excepit DULODORUS, Eadem enim figura etiam suprà Sectione II. à tergo Pheretis stetit, & à me judicata est unus vel fratrum vel cognatorum. Et quid si Acastus Alcestidis frater, Rex Jolci? Regem certè sceptrum demonstrat, quod utrinque præ se fert.

Fabu-

Fabulam, inquit ETASTES, nos lustrâsse & memor sum & lætor; Neque enim hodiè, arbitror, Uxor adeò stulta reperietur, ut cum Alcestide pro Marito mortem subeat: Neque maritus adeò fidelis, ut uxorem mortuam tam constanti prosequatur dolore, reviviscentemque in vitæ consortium tantâ cum lætitiâ rursus admittat. Bona verba quæso! exclamavit DULODORUS.

Si mea mors redimenda Tuâ, quod abominor, esset,
Admeti Conjux, quam sequeris, erat.

Ad suam scribit Ovidius, L. III. El. I. de Ponto. Et quid non faceret Christianus? Equidem negari non potest, infelicia passim matrimonia occurrere; Sed occurrunt etiam felicia, in quibus, si necessitas id ferret, nec maritus pro Uxore, nec Uxor pro Marito mortem defugeret. Est sanè, uti Claudianus loquitur:

Fœmineæ virtutis opus, quòd sponte marito
Casta maritali successit Thessala fato,
Inque suas migrare virum non abnuit annos.

Sed est & opus *virtutis virilis*, quod supra de Tiberio Gracchio protuli: Adeò ut, licet fabulis amicta sit de Alcestide historia, virtuti tamen ejus & laudi inde nihil decedat. Id videbimus, inquit ETASTES, ubi fabulæ sensus apparuerit. Apud Authores diversus est, inquit DULODORUS. Plutarchus *in Amat.* Herculem, medicinæ peritum, eam decumbentem restituisse, tradit; Sed aliter Palæphatus. *Circumfertur*, inquit, *tragica, de Alcestide fabula, quòd cùm Admetus jam morti esset proximus, hæc loco illius, mortem elegerit, quòdque Hercules, pietate permotus, illam ab inferis ablatam reduxerit, & reddiderit Admeto. Mihi autem videtur, neminem alicui vitam posse restituere semel ademptam. At verò hujusmodi quippiam accidit. Postquam Peliam filiæ suæ occidissent, & filius Peliæ Acastus persequeretur eas, neque tamen ullam comprehenderet; Alcestis ad consobrinum Admetum Pheras profugit. Hic verò, domô se suâ tenens, deditam eam petenti Acasto tradere noluit. Ea propter magnô ille ad urbem exercitu admotô, incendio agros illorum devastavit: atque Admetus de nocte cum ducibus egressus, vivus incidit in manus hostiles: seque eum interemturum, Acastus comminatus est. Alcestis autem intelligens, suâ de caussâ è medio tollendum esse Admetum, sponte egressa, se ipsam obtulit: quâ detentâ, Admetum Acastus dimisit. Hinc Alcestis ob virilem animi magnitudinem ab hominibus celebrata, ut quæ ultrò mortem pro Admeto oppetiisset. Non igitur hoc eô modô, quô fabula habet, evenit. At sub idem tempus, agens secum Diomedis equas Hercules advenit; eumque iter istuc instituentem Admetus hospitio excepit. Deplorante verò Admeto fortunam Alcestidis, Hercules indignabundus cum Acasto congreditur, exercitum ejus delet, spolia Admeti copiis distribuit, atque ipsi Alcestin reducit. Exinde inter mortales sermo, quòd Hercules fortè superveniens Alcestin è morte eripuerit. His ita gestis conficta est fabula.* Si res ita se habeat, excepit ETASTES, non amplius gravis ero. Gratias potiùs, quas debeo, maximas rependo, quòd elegantissima marmora producere, simulque luce suâ donare, grave non fuerit. Sunt adhuc alia, respondit DULODORUS, quæ publico grata fore, uti non dubito, ita & operâ meâ qualicunque me dignaturum recipio. His dictis sibi invicem valedixerunt & digressi sunt:

EXAMEN
DUBIORUM QUORUNDAM.

I.

An Cicero PROCONSUL *ASIÆ appellari possit?*

II.

An QVIRINUS MEMMII cognomen sit? Et Nomina TRIBUUM, Nominibus Romanorum adjecta, etiam COGNOMINUM formam admittant?

III.

An Corona Isthmiaca ex Selini SEMINE? an ex FOLIIS plexa fuerit?

IV.

An hemistychium Statii, NEC ADHUC IMPLERE TIARAM, Paschalius rectè pro MUNERA REGIA OBIRE sumserit?

Accedit

Conjectura

In

Locum Lycophronis, hactenus non satis dilucidatum.

Parergon

LAURENTII BEGERI,
Consiliarii Regio-Electoralis Brandenburgici ab Antiquitatibus & Bibliotheca.

BEROLINI,
Typis ULRICI LIEBPERTI, Typographi Regio-Aulici.
M DC IV.



Antiquitatum reliquias more ſolito contemplaturi, Congerrones noſtri denuò convenerant, jamque propoſito penè defuncti ad finem properabant, cùm literæ DULODORO redditæ ſunt, ab ILLUSTRI quodam non Themidis tantùm, ſed & muſarum CULTORE exaratæ. Has devota cum veneratione reſignavit, & cùm perlegiſſet: En, inquit, materiem diſquiſitioni proferendæ, & nec Tibi, ſi quid judico, nec Publico ingratæ futuræ. Carpi videor (1) Quòd Ciceronem ASIÆ PROCONSULEM appellaverim, qui tamen fuerit *Procoſul Ciliciæ*. (2) Quòd adjectum in Memmii Nummo vocabulum QVIRINUS, Memmii *Cognomen* ſtatuerim, idemque & de Inſcriptionibus Gruterianis aſſeruerim, in quibus tamen apertè non Cognomen, ſed Nomen Tribûs legatur. (3) Quod Coronam Iſthmiacam ex *ſemine* Selini plexam docuerim, allegato eam in rem Nicandro. Denique (4) Quòd cum Paſchalio hemiſtychium Statii Lib. VIII. Theb. v. 293.

Nec adhuc implere Tiaram.

Pro *Munia regia obire*, agnoverim dici, cùm tamen Paſchalius eò nomine Barthio vapulet. Si verum fateri licet, inquit ETASTES, eadem & mihi dubia fuère; Te autem ne offenderem, hactenus tacui. Nunc, quoniam occaſio fert, rationes Tuas, (neque enim temere te talia aſſeruiſſe arbitror) & ipſe peto. Morem gero, reſpondit DULODORUS, & primò quidem diſquirendum:

AN
CICERO PROCONSUL ASIÆ DICI POSSIT?

Minimùm, excepit ETASTES, novum hoc erit; Talem enim nec ipſe ſe appellat, ſed ubique *Proconſulem Ciliciæ*, qualem proindè & Alii, etiam Neoterici, inter quos Pighius, & quantæ in antiquis literis authoritatis? Fateor hoc, reſpondit DULODORUS, imò nec carpo. Cicero reverâ Proconſul



ANtiquitatum reliquias more ſolito contemplaturi, Congerrones noſtri denuò convenerant, jamque propoſito penè defuncti ad finem properabant, cùm literæ DULODORO redditæ ſunt, ab ILLUSTRI quodam non Themidis tantùm, ſed & muſarum CULTORE exaratæ. Has devota cum veneratione reſignavit, & cùm perlegiſſet: En, inquit, materiem diſquiſitioni proferendæ, & nec Tibi, ſi quid judico, nec Publico ingratæ futuræ. Carpi videor (1) Quòd Ciceronem ASIÆ PROCONSULEM appellaverim, qui tamen fuerit *Procoſul Ciliciæ.* (2) Quòd adjectum in Memmii Nummo vocabulum QVIRINUS, Memmii *Cognomen* ſtatuerim, idemque & de Inſcriptionibus Gruterianis aſſeruerim, in quibus tamen apertè non Cognomen, ſed Nomen Tribûs legatur. (3) Quod Coronam Iſthmiacam ex *ſemine* Selini plexam docuerim, allegato eam in rem Nicandro. Denique (4) Quòd cum Paſchalio hemiſtychium Statii Lib. VIII. Theb. v. 293.

Nec adhuc implere Tiaram.

Pro *Munia regia obire*, agnoverim dici, cùm tamen Paſchalius eô nomine Barthio vapulet. Si verum fateri licet, inquit ETASTES, eadem & mihi dubia fuêre; Te autem ne offenderem, hactenus tacui. Nunc, quoniam occaſio fert, rationes Tuas, (neque enim temere te talia aſſeruiſſe arbitror) & ipſe peto. Morem gero, reſpondit DULODORUS, & primò quidem diſquirendum:

AN
CICERO PROCONSUL ASIÆ DICI POSSIT?

Minimùm, excepit ETASTES, novum hoc erit; Talem enim nec ipſe ſe appellat, ſed ubique *Proconſulem Ciliciæ*, qualem proindè & Alii, etiam Neoterici, inter quos Pighius, & quantæ in antiquis literis authoritatis? Fateor hoc, reſpondit DULODORUS, imò nec carpo. Cicero reverâ Proconſul

Ciliciæ fuit; Sed an etiam fuerit *Proconsul Asiæ*, talisque appellari possit? hoc nobis quæritur. Ego non posse tantùm, sed & debere arbitror. Idque ideò, quòd non tantùm Ciliciam, sed & Cyprum, &, quod caput rei est, magnam Asiæ, etiam Proconsularis, partem provinciâ suâ complexus fuerit; Notandum enim, hoc ævo Asiæ Proconsularis partem alteram Prætori Ephesio subfuisse, alteram Proconsuli, qui simul Ciliciam rexit. Hanc sanè partem ipse Cicero *Suam Asiam* appellat, cùmque eam dignitate non aliâ, ac Proconsulis, rexerit, quid dubitabimus *Proconsulem Asiæ* appellare? Si hoc ita sit, inquit ETASTES, vocabitur etiam *Proconsul Cypri*. Id per me licebit, respondit DULODORUS; verè enim & hanc obtinuit, eamque & ipsam à Proconsulibus rectam, negari non potest: ut proinde reverâ ternos Proconsulatus Provinciâ complexus fuerit. Ternos? excepit ETASTES, quî igitur fit, ut hactenus tantùm *Ciliciæ Proconsul* appellatus fuerit? utque Tibi *Asiæ* tantùm, & non *Ciliciæ*, *Asiæ*, & *Cypri* audiat, cùm tamen reverâ tribus his præfuerit? *Ciliciæ Proconsul* dicitur, respondit DULODORUS, quòd Princeps ejus procuratio Cilicia fuerit. Inde ego hanc appellationem non culpo. Quòd autem *Proconsulem Asiæ* Ciceronem Ego vocaverim, feci sensu latiore, quòd *Asiæ* vocabulum, & Ciliciam, & Cyprum, & Asiam specialius sic dictam, adeoque omnes tres Ciceronis Proconsulatus comprehendat, eôdem sensu, quô & ipse omnes tres *suam Provinciam* vocat, quam ingressus est cùm Laodiceam venisset: *adæquatè* scilicet *loquendo*: adeò ut non videam, quô meô meritô mihi virgula hîc decerni possit? Si de rebus conveniat, inquit ETASTES, vanum esset verba negare. Sed age! Ad secundum transeamus, visuri:

AN QUIRINUS, C. MEMMII COGNOMEN SIT?



Et quid aliud posset? excepit DULODORUS, nullô aliô cognomine adjectô? Nomen Romuli, subjecit ETASTES, cujus caput diadematum est, quique, ut vulgò constat, post fata & in cœlis *Quirinus* vocatus est. Hoc Ego non nego, respondit DULODORUS; At, an tu nescis, ejusmodi non tantùm Diis, quorum effigies sunt: sed & iis, qui nummos signârunt, vindicari? Exemplum en in Nummo Petillii.

In




In quo vox *Capitolinus* non tantùm Jovis, ſed & Petillii cognomen eſt, ſecundum Horatium:

Mentio ſiqua
De ***CAPITOLINI*** *furtis injecta* ***PETILLI.***

Ita in Antonii Nummo



PIETAS, & Pietatem Deam in figurâ expreſſam ſignificare, & ſimul cognomen L. Antonii eſſe, nemo non videt, docente Dione Lib. 48. Λούκιος μετὰ τῆς Φυλβίας τῶν τε πραγμάτων, ὡς καὶ ὑπὲρ τοῦ Μάρκου τοῦτο δρῶν, ἀντελαμβάνετο, καὶ οὐδενὸς αὐτῶν ὑφίετο. Διὰ γὰρ τὴν πρὸς τὸν ἀδελφὸν εὐσέβειαν, καὶ ἐπωνυμίαν ἑαυτῷ ΠΙΕΤΑΝ ἐπέθετο. *Lucius Antonius cauſæ ſocietate cum Fulvia contractâ, ac ſi id fratris ſui Marci causâ faceret, ſtrenuè rem agebat; nam propter ſuam in fratrem venerationem ſibi cognomen* ***PIETAS*** *ſumſerat:* Addo & Nummum L. Aquillii Flori



In quo vocabulum *Florus* identidem & cognomen eſt, & ad Florem expreſſum reſpicit: Et Nummum L. Lucretii Trionis,



In quo vocabulum *Trio*, non tantùm ad *Stellas* refertur, sed denuò *Cognomen* est. Possem & Nummos Marciorum producere, in quibus cognomen *Philippi* etiam ad Equitem respicit. Possem C. Minucii Augurini, qui Augurem expressit, ut cognominis rationem redderet. Quidni igitur idem credatur fecisse Memmius, Romulum, Romulique post fata nomen exprimendo? Dispar ratio est, inquit ETASTES. Cognomina, Petillii, L. Antonii, L. Aquillii, L. Lucretii, Marciorum, & Minucii, ex Authoribus ostendi possunt: Memmium autem cognomento QVIRINUM dici, ostendi non potest. Omninò potest, respondit DULODORUS; Quidni enim in Inscriptione Gruteriana pag. CCCCXXXVII. n. 7. P. MEMMIUS. QVIR. APOLLINARIS. & n. 8. C. MEMMIUS. OPTATI. FILIUS. QVIRINA. SEVERUS. memorantur? adeò ut à Memmiorum familia cognomen hoc adeò alienum videri non debeat.

Tribum, excepit ETASTES, cum *Cognomine* confundis. *Quirinâ Tribu* legendum esse, omnis Antiquariorum Corona jam dudum decrevit, nec abs ratione: apud eundem Gruterum Pag. DCXVIII. n. 3. legitur M. SALVI. FELICISSIMI. TRIBU. ES *Quilinâ*. Indeque patet, omnes ejusmodi Inscriptiones, quæ Tribuum Nomina Nominibus adjiciunt, subintellecto vocabulo *Tribu* semper legendas. Bona verba quæsò! inquit DULODORUS. Posse ita legi, imò & interdum debere, facilè dederim; Sed *semper* ita legendas, si me audieris, non decernes. Quid enim? cùm à rebus, tantùm non quibusvis, Cognomina Romani desumserint, annon etiam desumserint à Tribubus? aut minimum ab iis, à quibus & Tribus appellationem meruére? Claudiam Tribum à Claudia familia dictam esse, quis neget? Quis Fabiam à Fabia gente? ut nihil de Æmilia, Cornelia, Flavia, Papiria, Veturia dicam. Et in his si nomen truncatum in Inscriptionibus occurrat, exempli gr. CL. CLAU. CLAUD. FAB. ÆM. ÆMI. ÆMIL. COR. CORN. CORNEL. PAP. PAPIR. VET. Quidni liberum erit, æque casu nominandi, *Claudius, Fabius, Æmilius, Cornelius, Papirius, Veturius* enunciare, adeòque Cognomen putare, sive à Tribu, sive à Gente, desumtum? æquè, inquam, ac casu ablativo, *Claudiâ, Fabiâ, Æmiliâ, Corneliâ, Papiriâ, Veturiâ*, subintellecto vocabulo *Tribu*? Fervidè rem propugnas, inquit ETASTES, sed non pervincis. De Tribubus res nota est, de Cognominibus non item. At Ego faxo, inquit DULODORUS, ut fit. Inspice sequentes Inscriptiones Gruterianas!

G. MUR-

G. MURRIUS. C. F. ARNIENSIS.
FORO. JULI. MODESTUS. MIL.
LEG. II. &c.

Pag. DLIIII. n. 2.

C. SILENUS. C. F.
SERENIANUS. ANNI.
ENSIS. OMNIB. HONO-
RIB. MUNICIPALIBUS.
PERFUNCT. &c.

Pag. CCCCLXIX. n. 10.

In priore ARNIENSIS, & in posteriore ANNIENSIS: legitur utrinque formâ *Cognominis*; neque enim hîc vocabulum TRIBUS subintelligi potest, licet Tribus *Arniensis* & *Anniensis* aliunde innotuerint: At nec Tribus excludetur, inquit ETASTES. Hoc non volo, respondit DULODORUS; Sed id inde evinco, etiam à Nominibus Tribuum Romanos interdum cognomina sumsisse, eâdemque operâ, cujus Tribûs fuerint? subindicasse: adeò ut in iis Tribuum Nominibus, quæ truncata Nominibus adjiciuntur, liberrimum utique sit, vel ablativum Nominis Tribûs statuere, & subintelligere vocabulum *Tribu*, vel formâ Cognominis enunciare, adeòque unâ fideliâ duos parietes dealbare.

Exempla, quæ attulisti; excepit ETASTES, nescio annon fragilia sint. Quid enim si erratum in Inscriptione sit, & loco ARNIENSIS & ANNIENSIS legendum si ARNIENSI & ANNIENSI, subintellectô vocabulô *Tribu*? Id dicere potes, respondit DULODORUS, sed non probare. Suffragatur alia Inscr. Grut. Pag. MCX. n. 6. ubi L. VALERIUS. L. F. ANIENSIS. VERC. Miles Leg. XX. describitur: ut taceam eam, quæ pag. MXCVIII. n. 2. habetur: C. NONIO. C. F. ARNIENSI. PROCULO. COS. dicata, licet & ipsa Cognominis formâ sumi possit. Sed age! an ideò *Cornelius* non erit cognomen, quia *Cornelia* nomen Tribûs est? at exstat hsc formâ in Inscr. Grut. pag. DCCCCVIII. n. 8. PONTIUS. CORNELIUS. CRIPONIUS. Et pag. DCCCLXXXI. n. 2. T. MESSI. CORNELII. FORTUNati mentio est. An ideò *Fabius* non erit cognomen, quia Fabia Tribus memoratur? At est in Inscript. Volumine pag. CCCLVI. n. 4. ubi C. POMPUSIDIO. FABIO. FRATERNO. legitur. Fateor, inquit ETASTES, Exempla stringunt. Imò, respondit DULODORUS, rem totam, arbitror, confectam dabunt Inscriptiones sequentes, & ipsæ Gruterianæ:


Q. POMPONIUS.
Q. F. FAB.
SEVERUS.
SIBI. ET LIBERTIS.
OMNIBUS. T. F. I.
H. M. H. N. S.

Pag. DCCCLXXXV. n. 3.

Q. POMPONIUS.
Q. F. FABIUS.
SEVERUS. SIBI.
ET. LIBERTIS.
OMNIBUS. T. F. I.
H. M. H. N. S.

Pag. DCCCCXXXIX. n. 2.

Attende! de eâdem persona loquitur utraque, & si priorem solam inspiceres, legeres: Q. POMPONIVS. Q. F. FABia Tribu SEVERUS, qualiter & Grute-



In quo vocabulum *Trio*, non tantùm ad *Stellas* refertur, sed denuò *Cognomen* est. Possem & Nummos Marciorum producere, in quibus cognomen *Philippi* etiam ad Equitem respicit. Possem C. Minucii Augurini, qui Augurem expressit, ut cognominis rationem redderet. Quidni igitur idem credatur fecisse Memmius, Romulum, Romulique post fata nomen exprimendo? Dispar ratio est, inquit ETASTES. Cognomina, Petillii, L. Antonii, L. Aquillii, L. Lucretii, Marciorum, & Minucii, ex Authoribus ostendi possunt: Memmium autem cognomento QVIRINUM dici, ostendi non potest. Omninò potest, respondit DULODORUS; Quidni enim in Inscriptione Gruteriana pag. CCCCXXXVII. n. 7. P. MEMMIUS. QVIR. APOLLINARIS. & n. 8. C. MEMMIUS. OPTATI. FILIUS. QVIRINA. SEVERUS. memorantur? adeò ut à Memmiorum familia cognomen hoc adeò alienum videri non debeat.

Tribum, excepit ETASTES, cum *Cognomine* confundis. *Quirinâ Tribu* legendum esse, omnis Antiquariorum Corona jam dudum decrevit, nec abs ratione: apud eundem Gruterum Pag. DCXVIII. n. 3. legitur M. SALVI. FELICISSIMI. TRIBU. ES *Quilinâ*. Indeque patet, omnes ejusmodi Inscriptiones, quæ Tribuum Nomina Nominibus adjiciunt, subintellecto vocabulo *Tribu* semper legendas. Bona verba quæso! inquit DULODORUS. Posse ita legi, imò & interdum debere, facilè dederim; Sed *semper* ita legendas, si me audieris, non decernes. Quid enim? cùm à rebus, tantùm non quibusvis, Cognomina Romani desumserint, annon etiam desumserint à Tribubus? aut minimum ab iis, à quibus & Tribus appellationem meruére? Claudiam Tribum à Claudia familia dictam esse, quis neget? Quis Fabiam à Fabia gente? ut nihil de Æmilia, Cornelia, Flavia, Papiria, Veturia dicam. Et in his si nomen truncatum in Inscriptionibus occurrat, exempli gr. CL. CLAU. CLAUD. FAB. ÆM. ÆMI. ÆMIL. COR. CORN. CORNEL. PAP. PAPIR. VET. Quidni liberum erit, æque casu nominandi, *Claudius, Fabius, Æmilius, Cornelius, Papirius, Veturius* enunciare, adeòque Cognomen putare, sive à Tribu, sive à Gente, desumtum? æquè, inquam, ac casu ablativo, *Claudiâ, Fabiâ, Æmiliâ, Corneliâ, Papiriâ, Veturiâ*, subintellecto vocabulo *Tribu*? Fervidè rem propugnas, inquit ETASTES, sed non pervincis. De Tribubus res nota est, de Cognominibus non item. At Ego faxo, inquit DULODORUS, ut sit. Inspice sequentes Inscriptiones Gruterianas!

G. MUR-

G. MURRIUS. C. F. ARNIENSIS.
FORO. JULI. MODESTUS. MIL.
LEG. II. &c.

Pag. DLIIII. n. 2.

C. SILENUS. C. F.
SERENIANUS. ANNI.
ENSIS. OMNIB. HONO-
RIB. MUNICIPALIBUS.
PERFUNCT. &c.

Pag. CCCCLXIX. n. 10.

In priore ARNIENSIS, & in posteriore ANNIENSIS: legitur utrinque formâ *Cognominis*; neque enim hîc vocabulum TRIBUS subintelligi potest, licet Tribus *Arniensis* & *Anniensis* aliunde innotuerint: At nec Tribus excludetur, inquit ETASTES. Hoc non volo, respondit DULODORUS; Sed id inde evinco, etiam à Nominibus Tribuum Romanos interdum cognomina sumsisse, eâdemque operâ, cujus Tribûs fuerint? subindicasse: adeò ut in iis Tribuum Nominibus, quæ truncata Nominibus adjiciuntur, liberrimum utique sit, vel ablativum Nominis Tribûs statuere, & subintelligere vocabulum *Tribu*, vel formâ Cognominis enunciare, adeòque unâ fideliâ duos parietes dealbare.

Exempla, quæ attulisti; excepit ETASTES, nescio annon fragilia sint. Quid enim si erratum in Inscriptione sit, & loco ARNIENSIS & ANNIENSIS legendum si ARNIENSI & ANNIENSI, subintellectô vocabulô *Tribu*? Id dicere potes, respondit DULODORUS, sed non probare. Suffragatur alia Inscr. Grut. Pag. MCX. n. 6. ubi L. VALERIUS. L. F. ANIENSIS. VERC. Miles Leg. XX. describitur: ut taceam eam, quæ pag. MXCVIII. n. 2. habetur: C. NONIO. C. F. ARNIENSI. PROCULO. COS. dicata, licet & ipsa Cognominis formâ sumi possit. Sed age! an ideò *Cornelius* non erit cognomen, quia *Cornelia* nomen Tribûs est? at exstat hoc formâ in Inscr. Grut. pag. DCCCCVIII. n. 8. PONTIUS. CORNELIUS. CRIPONIUS. Et pag. DCCCLXXXI. n. 2. T. MESSI. CORNELII. FORTUNati mentio est. An ideò *Fabius* non erit cognomen, quia Fabia Tribus memoratur? At est in Inscript. Volumine pag. CCCLVI. n. 4. ubi C. POMPUSIDIO. FABIO. FRATERNO. legitur. Fateor, inquit ETASTES, Exempla stringunt. Imò, respondit DULODORUS, rem totam, arbitror, confectam dabunt Inscriptiones sequentes, & ipsæ Gruterianæ:

Q. POMPONIUS.
Q. F. FAB.
SEVERUS.
SIBI. ET LIBERTIS.
OMNIBUS. T. F. I.
H. M. H. N. S.

Pag. DCCCLXXXV. n. 3.

Q. POMPONIUS.
Q. F. FABIUS.
SEVERUS. SIBI.
ET. LIBERTIS.
OMNIBUS. T. F. I.
H. M. H. N. S.

Pag. DCCCCXXXIX. n. 2.

Attende! de eâdem persona loquitur utraque, & si priorem solam inspiceres, legeres: Q. POMPONIVS. Q. F. FABia Tribu SEVERUS, qualiter & Grute-

Gruterus legit, quamque lectionem nec ullus sanior culparet; quanquam juxta & formâ Cognominis legi posse, ex Inscriptione posteriore clarius sit, quam ut ullum dubium superesse possit: adeò ut mirari subeat, non tàm rem hactenus non animadversam, quàm opinionem contrariam tam altas apud Eruditos radices egisse, ut qui contra sentiat, statim exsibilandus videatur; Neque enim hodiè tantùm hoc in me culpatur. Fecit & Raphael Fabrettus in Inscriptionibus. Quô autem meô meritô, jam poteris judicare. Si res ita se habeat, inquit ETASTES, in omnibus Tribuum Nominibus, quæ truncata passim leguntur, idem omninò erit statuendum. Quid autem in iis quæ truncata non sunt? Si talia revera non sint, respondit DULODORUS, de sola Tribu sumerem; si autem videntur tantùm, aliud dicerem. Quis discerneret, ubi FABIA legitur, an *Tribu* subintelligi debeat, an FABIANUS legi? adeòque cognomen credi, qualiter in Inscriptione Grut. pag. CXCV. n. 3.

L. MANLIUS. C. F.
FABIANUS.
IIVIR. D. S. P.

Quis, ubi JULIA, annon JULIANUS? ut p. DCXCIII. n. 2. & 8.

G. LARCIUS. LICINIUS.
JULIANUS. JULIANUS.

Ut T. Julianum Alexandrum pag. 124. non urgeam, licet & ipse non parum huc facturus sit. Prætereo, vocem FLAVIA. FLAVIANUS posse legi, ut pag. 545. n. 4. Ita ÆLIA. ÆLIANUS, CLAUDIA. CLAUDIANUS, quidni poterunt æquè formâ cognomenti pronunciari, ac subintellecta Tribu sensum integrare? Quicquid sit, inquit ETASTES, in voce *Quirinus* tamen vel ideò errasse videris, quòd in voce *Quirina*, quæ in citata fulcri loco altera Inscriptione legitur, necessariò *Tribu* subintelligitur. Necessariò? interrogavit DULODORUS. Quid si *Quirinalis* legam? An hoc non potero? Et an hoc non erit cognomen? At est in Inscriptione p. CCCCLVI. n. 1. ubi A. CÆCILIUS. A. F. QVIRINALIS. ET. QVIRINALIS. F. describuntur, ut hâc ratione non videam, quid in his peccaverim; sed tutò, ut in pluribus aliis, ita & in familia Memmia, Cognomina & *Quirini* & *Quirinalis* rectè agnoscam, non gravis futurus aliis, quibus in Tribu subsistere volupe est; nam & hanc rectè statui, apertè fateor: quanquam id non fiat necessariò, sed in plurimis, ut dixi, etiam forma cognominum locum habeat. Gaudeo Te hæc ita enucleasse, inquit ETASTES, & spero, simili claritate etiam in aliis emersurum, quæ Antagonista noster, cujus nuper Antiquitates Græcas recensuimus, ut mihi dictum fuit, ingenti convitiorum imbri admiscuit, & horrida planè Tempestate in te emissurus est. Idem, respondit DULODORUS, & his literis mihi nunciatur; sed impavidum ferient ruinæ. Rosas à spinis facilè secrevero. Si tales adferat Antagonista, producam denuò & laudabo, in Authoris honorem, publicè; si non, patietur, ut aculeos contemnam, fucos demonstrem. Minimum autem præsenti dissertatione id me assecuturum spero, ut Lectores videant, non omnia errata esse, quæ talia videntur, indeque & assensum, si sapiunt, cohibebunt, donec & responsum viderint. Id ego, ut Antagonistæ dedi, meo jure denuò postulare

lare mihi videor. Ipſum autem rogo & obteſtor, ut partum maturet, ne fata ipſius Gloriam intercipiant; de mortuis enim ea nulla eſt. Exſpectabimus, ſubjecit ETASTES. Otiumque, quod nobis reſtat, reliquis impendemus. Tertium dubium, niſi fallor, erat:

AN
CORONA ISTHMIACA
EX
SEMINE SELINI
PLEXA FUERIT?

Rectè dicis, ſubjecit DULODORUS, & hoc me aſſeruiſſe memini, nec adhuc hujus opinionis me piget. Quomodo autem, inquit ETASTES, hoc fieri potuit? Notandum, reſpondit DULODORUS, non ſemen abſque cauliculis me intelligere, ſed his adhuc inſertum, qualiter ab hortulanis ſecari, & ad maturitatem uſque ſervari ſolet. Tale ſemen quidni in Coronam adornari potuerit? Tale quidem potuit, repoſuit ETASTES, ſed unde rem probabis? Ex Nicandro, reſpondit DULODORUS, idque verſibus à me allegatis. Extant in Alexipharmacis. v. 605. ſeqq. & ita ſonant:

Πολλάκι δ' ἀγρόεντα κράδην σπέραδός τε σελίνου
Ἴσθμιον, ᾧ θ' ὑποχθόνιον ἀλίβαντον Μελικέρτην
Σισυφίδαι κτερίσαντες ἐπηέξησαν ἀέθλους.

Sæpè etiam agreſtem ficum, Iſthmiacumque Selini
Semen, quod merſi Melicertæ funus agentes,
Siſiphidæ puero, Victori præmia donant.

De ſemine quidem Selini Poëta loquitur, inquit ETASTES, ſed eôdem & *Victores Iſthmiorum coronari*, neſcio an locus evincat. Quid enim? annon relatio ᾧ veriſimilius ad σέλινον referatur, quàm ad Semen? Nullo modò; reſpondit DULODORUS; *Primo* enim non de Selino ſermo eſt, ſed de ſemine Selini, ad quod proinde & relativum referri debet. *Deindè*, vox σελίνου proximè ante relativum non præceſſerat, ſed Epitheton ſeminis ἴσθμιον, cujus proindè ratio in ſequentibus redditur. *Tertiò*, Semen, & non Selinum, cognominatur *Iſthmiacum*: at qua ratione poſſet, ſi non eâ, quam Poeta in ſequentibus addidit, quòd ſcilicet *Victoribus Iſthmiorum præmium* fuerit? Hoc forſan admitterem, inquit ETASTES, miror autem, clarius fulcrum non apparere. Apponam, reſpondit DULODORUS, idque in ipſo Apii, ſive Selini, conſpectu, qualiter & ab Antiquariis ex Nummis, & à Botanicis ex Hortis delineatur.





Ex Tabernæmontani Herbario pag: 265.

Inſpice! confer! judica! Si hæc intuear, inquit ETASTES, negare non auſim; Sed exſtat aliud Numiſma, ab Illuſtriſſimo SPANHEMIO in Epiſtola ad Morellium, vulgatum, quod, licet ΙΣΘΜΙΑ inſcribatur, tamen non ex Semine Selini, ſed ex foliis plexum eſt. Id ecce & ipſum, ut judicare poſſis.



Scio, inquit DULODORUS, ſed juxta ſcio, etiam Illuſtriſſimum SPANHEMIUM dubio ſatisfacere. Obſervat nempe, Nummum L. Veri eſſe: Selini autem uſum jam tempore Trajani Iſthmiorum præmium eſſe deſiiſſe, ejusque in locum, Pinum ſubſtitutam eſſe, ex Plutarcho in Timoleonte, aliisque docet. En verba Plutarchi: ὅτι γὰρ τότε ΤΩΝ ΙΣΘΜΙΩΝ ὥσπερ νῦν τῶν λεγομένων τῶν Νεμέων τὸ ΣΕΛΙΝΟΝ ἦν στέφανος. οὐ πάλαι δὲ Η ΠΙΤΥΣ γέγονε. *Nam Iſthmiorum ea etiam tum ætate, ut nunc Nemeorum, APIUM Corona erat. Non ita dudum ſucceſſit PINUS.* Hæc, inquit ETASTES, benè ſe haberent, niſi ipſa Nummi delineatio contra niteretur. Corona, quam exhibet, apertè ex foliis Selini plexa eſt: non autem ex Pinu, eaque res etiam Illuſtriſſimo SPANHEMIO notatu digna viſa eſt; neque enim aliter ſe rem habere, potuit aſſerere, cùm accuratè ad Nummi fidem MORELLIUS ſignaſſet, quantus in delineandis Nummis artifex? Nummum non vidi, inquit DULODORUS, adeòque nihil certi pronunciare poſſum; Sedet tamen conjectura, fidem Morellii hâc in parte vacillare, quòd Coronam Iſthmiacam foliis Selini plexam arbitraretur. Vaillantius certè, cùm Patinus *lauream* putaret, *Piceam* cum Illuſtriſſimo Mediobarbo agnovit. En & hujus delineationem!

ubi



Ubi simul & ex Plutarcho Symp. Lib. 5. p. 676. docet, *primis Isthmiorum temporibus Victores Pinu coronatos fuisse. Postea Apium, imitatione è Nemea, in Herculis gratiam obrepsisse, Pinumque suo loco expulsam; aliquanto tamen tempore post, Pinum recuperasse pristinam dignitatem, & inde in summo flore & honore fuisse.* Res, inquit ETASTES, ut video, satis evidens est. Ad Quartum igitur transeo, subjecit DULODORUS, consideraturus:

AN
APUD STATIUM
IMPLERE TIARAM, IDEM SIT, QUOD
MUNIA REGIA OBIRE?

Id quod Ego cum Paschalio me statuisse memini; Sed objicitur: *Paschalium hac de causa à Barthio erroris esse convictum.* Audiamus Barthium, inquit ETASTES; ita enim, quibus rationibus nitatur, innotescet. Talia sunt ejus verba, perrexit DULODORUS:

„ *Nec adhuc implere tiaram*) Capite nondum desito increscere. Pariter „ Claudianus imitandi solertissimus: *Jam patrias imples Galeas.* Doctissimus „ Paschalius, qui lib. X. de Coronis cap. 2. Tiaram implere, *munera Regia obire,* „ hoc loco intelligere potuit, aliud egit, non considerata sententia. Et sanè, „ allegationes Authorum sæpè apud eum virum suis scriptoribus absentiunt. „ In Lutatio mendum est hoc loco. *IMPLERE TIARAM*) *Id est nec capitis* „ *robore diadematis implere mensuram; Ipso enim velut particulæ ambitu Anti-* „ *qui pro Diademate utebantur; Tiara enim dicitur Pileum, quod in capite gerit* „ *sacerdos Martis, unde Virgilius: Sacerque Tiaras.* Emaculandum puto. *Ipso* „ *enim Tiara velut Galeri ambitu antiqui pro diademate utebantur. &c.*

Hæc annon benè se habent? inquit ETASTES. At duplici Barthius authoritate nititur; Paschalius autem vel suo more suspectus est. Paschalii causam, respondit DULODORUS, in omnibus non defendo. De proposito videamus. Lutatii authoritate nititur Barthius, quòd is non de *muniis Regiis*, sed de *capitis robore* locum intellexerit: Nititur & Claudiani, quòd & is, imitandi solertissimus, *jam patrias imples Galeas* cecinerit. Quid ultra desideres? inquit ETASTES. Nihil omninò, respondit DULODORUS; ex his enim apparet, quod Barthius de Paschalio asserit, id in ipsum Barthium hôc locô recidere. Claudianum allegat, quasi verò Claudiani locus de capitis





Inſpice! confer! judica! Si hæc intuear, inquit ETASTES, negare non auſim; Sed exſtat aliud Numiſma, ab Illuſtriſſimo SPANHEMIO in Epiſtola ad Morellium, vulgatum, quod, licet ΙΣΘΜΙΑ inſcribatur, tamen non ex Semine Selini, ſed ex foliis plexum eſt. Id ecce & ipſum, ut judicare poſſis.



Scio, inquit DULODORUS, ſed juxta ſcio, etiam Illuſtriſſimum SPANHEMIUM dubio ſatisfacere. Obſervat nempe, Nummum L. Veri eſſe: Selini autem uſum jam tempore Trajani Iſthmiorum præmium eſſe deſiiſſe, ejusque in locum, Pinum ſubſtitutam eſſe, ex Plutarcho in Timoleonte, aliisque docet. En verba Plutarchi: ὅτι γὰρ τότε ΤΩΝ ΙΣΘΜΙΩΝ ὥσπερ νῦν τῶν λεγομένων τῶν Νεμέων τὸ ΣΕΛΙΝΟΝ ἦν στέφανος. οὐ πάλαι δὲ Η ΠΙΤΤΣ γέγονε. *Nam Iſthmiorum ea etiam tum ætate, ut nunc Nemeorum, APIUM Corona erat. Non ita dudum ſucceſſit PINUS.* Hæc, inquit ETASTES, benè ſe haberent, niſi ipſa Nummi delineatio contra niteretur. Corona, quam exhibet, apertè ex foliis Selini plexa eſt; non autem ex Pinu, eaque res etiam Illuſtriſſimo SPANHEMIO notatu digna viſa eſt; neque enim aliter ſe rem habere, potuit aſſerere, cùm accuratè ad Nummi fidem MORELLIUS ſignaſſet, quantus in delineandis Nummis artifex? Nummum non vidi, inquit DULODORUS, adeòque nihil certi pronunciare poſſum; Sedet tamen conjectura, fidem Morellii hâc in parte vacillare, quòd Coronam Iſthmiacam foliis Selini plexam arbitraretur. Vaillantius certè, cùm Patinus *lauream* putaret, *Piceam* cum Illuſtriſſimo Mediobarbo agnovit. En & hujus delineationem!

ubi



Ubi simul & ex Plutarcho Symp. Lib. 5. p. 676. docet, *primis Isthmiorum temporibus Victores Pinu coronatos fuisse. Postea Apium, imitatione è Nemea, in Herculis gratiam obrepsisse, Pinumque suo loco expulsam; aliquanto tamen tempore post, Pinum recuperasse pristinam dignitatem, & inde in summo flore & honore fuisse.* Res, inquit ETASTES, ut video, satis evidens est. Ad Quartum igitur transeo, subjecit DULODORUS, consideraturus:

AN
APUD STATIUM IMPLERE TIARAM, IDEM SIT, QUOD MUNIA REGIA OBIRE?

Id quod Ego cum Paschalio me statuisse memini; Sed objicitur: *Paschalium hac de causa à Barthio erroris esse convictum.* Audiamus Barthium, inquit ETASTES; ita enim, quibus rationibus nitatur, innotescet. Talia sunt ejus verba, perrexit DULODORUS:

„ *Nec adhuc implere tiaram*) Capite nondum desito increscere. Pariter „ Claudianus imitandi solertissimus: *Jam patrias imples Galeas.* Doctissimus „ Paschalius, qui lib. X. de Coronis cap. 2. Tiaram implere, *munera Regia obire,* „ hoc loco intelligere potuit, aliud egit, non considerata sententia. Et sanè, „ allegationes Authorum sæpè apud eum virum suis scriptoribus absentiunt. „ In Lutatio mendum est hoc loco. *IMPLERE TIARAM*) *Id est nec capitis* „ *robore diadematis implere mensuram; Ipso enim velut particulæ ambitu Anti-* „ *qui pro Diademate utebantur; Tiara enim dicitur Pileum, quod in capite gerit* „ *sacerdos Martis, unde Virgilius: Sacerque Tiaras.* Emaculandum puto. *Ipso* „ *enim Tiara velut Galeri ambitu antiqui pro diademate utebantur. &c.*

Hæc annon benè se habent? inquit ETASTES. At duplici Barthius authoritate nititur; Paschalius autem vel suo more suspectus est. Paschalii causam, respondit DULODORUS, in omnibus non defendo. De proposito videamus. Lutatii authoritate nititur Barthius, quòd is non de *muniis Regiis*, sed de *capitis robore* locum intellexerit: Nititur & Claudiani, quòd & is, imitandi solertissimus, *jam patrias imples Galeas* cecinerit. Quid ultra desideres? inquit ETASTES. Nihil omninò, respondit DULODORUS; ex his enim apparet, quod Barthius de Paschalio asserit, id in ipsum Barthium hôc locô recidere. Claudianum allegat, quasi verò Claudiani locus de capitis

magnitudine intelligi debeat, & non potius de fortitudine, quâ martia patris merita Honorius adhuc juvenis æquaverit? Egregia sanè laus fuisset, si Poeta adhuc juvenem admodum, à capitis mole laudasset, quòd tantum id fuerit, ut Patrias Galeas implere potuerit. War es ein Wechsel-Balck / ut nos Germani proverbio dicimus? Non arbitror. Potius, ut Patrem æquasse, non *corpore*, sed *meritis*, Theodosium affatus Poeta cecinerat v. 430.

Jam natus adæquat
Te meritis.

Ita & hôc locô potius ad solertiam juvenilem respiciendum, haud difficulter judicabis, quâ cassides sibi imposuerit, more Patris: cornumque tentaverit vibrare, qualiter Avus: iisque rudimentis ingentem dextram promiserit, adeòque jam tum paterna & avita merita sit visus æquare; neque enim credi debet, vel ipsas Patris Galeas capiti suo aptasse Honorium, vel ipsam avi sui Cornum vibrasse, cùm hoc nec ætatis, nec dignitatis ratio permisisset. An adeò pauper erat, ut proprias Galeas, proprium Cornum sibi parare non potuerit? Nugæ! Nugæ! si ita sentias. Poetica locutio est, adeòque non adeò strictè intelligenda, ut omnis impropriæ significationis sensus rejiciatur. *Quantus*, inquit Poeta, *in ore pater radiat:* At non ipse Pater, sed majestas quædam Patre digna intelligi potest. Quidni igitur & in subjectis statim versibus idem statuas? Præsertim cùm ipse Poeta hoc ita explicet utrinque?

Quantus in ore pater radiat! quàm torva voluptas
Frontis, & Augusti majestas grata pudoris!
Jam patrias imples galeas: jam Cornus avita
Tentatur vibranda Tibi. Promittitur ingens
Dextra rudimentis, Romanaque Vota moratur.
Quis decor, incedis quoties clypeatus, & auro
Squammeus, & rutilus cristis, & casside major?

Attende, ETASTA! *Promittitur ingens dextra rudimentis.* De rudimentis igitur loquitur, quâ Munia Martia, obeundo Honorius didicit, quod Poeta exaggerat, Gloriæ Patris & Avi ea comparando. Quis autem inde credat, Capite nondum increscere desito Galeas patris Eum sibi imposuisse, & ita incessisse, capitisque magnitudine implesse? Alterum Barthii fulcrum, inquit ETASTES, valide Te video convellere. Verum est, si propriè locum Claudiani intelligam, plus dedecoris Honorio conciliabit, quàm gloriæ. Superest igitur, ut ex genio Poëtico interpreter, & Tecum sentiam. Si autem hoc facis, subjecit DULODORUS, nonne & in Statio idem judicabis, cùm vel Barthio teste, Claudianus hac in re Statium fuerit imitatus? Nisi Lutatius contrarium doceret, excepit ETASTES. Lutatius, respondit DULODORUS, non firmiore basi nititur, ac ipse Barthius. Rem dicit, non probat. Uterque Diadematis & Tiaræ certam latitudinem & mensuram statuit, quam robore capitis implere debuerit successurus Rex. Quis autem hoc credat? Ego sanè, dum hoc probetur, vereor admittere, indeque nec Statii, *nec adhuc implere tiaram* propriè interpretari ausim; sed omninò sensu Paschaliano sumserim pro: *nec adhuc obire munia regia* posse, idque vel ipso Poeta interprete, qui

qui in priore similitudinis membro, de Thiodamante, in Amphiarai sacerdotium electo:

Illum ingens confundit honos, inopinaque turbat
Gloria, & oblatas frondes submissus adorat,
SEQUE ONERI NEGAT ESSE PAREM.

Quô vel unico ex locô intelligas, etiam in sequentibus, non de magnitudine corporis, sed de capacitate animi sermonem esse, adeòque verba:

Nec sceptra capaci
Sustentare manu, nec adhuc implere tiaram.

Non propriè intelligenda, sed omninò idem valere, quod in priore membro, *seque oneri negat esse parem:* quod vel eò apertius est, quia totus hic locus non de corporis magnitudine, sed de capacitate regiminis loquitur; Ita enim Poeta:

Sicut Achamenium solium gentesque paternas
Excepit si forte puer, cui vivere patrem
Tutius, incerta formidine gaudia librat:
An fidi Proceres? ne pugnet Vulgus habenis?
Cui latus Euphratæ, cui Caspia limina mandet,
Sumere tunc arcus, ipsumque onerare veretur,
Patris Equum, visusque sibi nec sceptra, &c.

Attende ETASTA! Non de mole corporis Puer hic Regius sollicitus est, sed de *Regis officio*, an id dignè obiturus sit? *An fidi Proceres futuri sint? an Vulgus regimen admissurum? Cui latus Euphratæ, cui Caspia limina mandet?* Et tunc, inquit Poeta, veretur *arcus sumere*, id est, res bellicas tractare: Veretur *onerare Patris Equum*, id est, Patris more, Regiâ pompâ procedere: idque ideò, quod sibi videatur *nec Sceptra capaci sustentare manu, nec adhuc implere tiaram.* Quid hoc? si ad literam intelligatur, non videbatur, sed erat; cum Poeta dicat *visusque sibi* &c. omninò innuit, non propriè, sed metaphoricè verba intelligenda: & quo sensu? si non Paschaliano, quo *Sceptra tenere*, & *Tiaram implere* pro *munia regia* dignè *obire* posse, Statio positum esse & nuper asserui, & adhuc assero, nequicquam contra sentiente vel Barthio vel Lutatio, quos hîc sententiam non considerasse, ex hactenus dictis clarius est, quàm ut pluribus demonstrari debeat. DULODORO hæc ita dededucente, cogitabundus interea resedit ETASTES. Tandem autem, de His, inquit, acquiesco; sed aliud mihi dubium in mentem venit, quod si solvere poteris, eris mihi magnus Apollo. Est

LOCUS LYCOPHRONIS
A VERSU 1446. AD 1451. NON SATIS HACTENUS EXPLICATUS.

Si quid potero, respondit DULODORUS, libenter assurgam, Audiamus Authoris verba! Talia sunt, respondit ETASTES:

Ω, δὴ μεθ' ἕκτην γενεὰν αὐθαίμων ἐμὸς
Εἷς τις παλαιςὴς συμβαλὼν ἀλκὴν δορὸς,
Πόντȣ τε καὶ γῆς, κἀις διαλλαγὰς μολὼν
Πρέσβιςος ἐν φίλοισιν ὑμνηθήσεται,
Σκύλων ἀπαρχὰς δορυκτήτȣς λαβών.

Cum quo, post ætatem sextam, consanguineorum meorum
Quidam Luctator, belli certamen conferens,
Maris ac Terræ, & ad compositionem perductus,
Summus amicorum celebrabitur
Spoliorum primitias hastâ partas accipiens.

Ad hunc locum, nescio quid de Tarpinio garriat Tzetzes, quem non præter morem satis se hic ridiculum præbere, Canterus judicat. At nec ipse Canterus sani quid attulit: *Quis fuerit iste Cassandræ consanguineus*, inquit, *non facilè quis dixerit. De Taxile quidem & Poro narrant Historici, in Amicitiam ac Alexandro receptos fuisse: sed an huc ista pertineant, dubito.* Hæc Canterus; Sed quid ad rem? Quid autem Meursius? excepit DULODORUS, Quid Poterus, qui nuper in Anglia Lycophronem edidit? Nihil omninò, respondit ETASTES, eaque res me malè habet, facitque, ut hic præter institutum Te consulere necesse habeam. Quid tentare nocet? excepit DULODORUS. Age! inspiciamus antecedentia! Inde enim forsitan lux exsurget; nam relativum ᾯ συμβαλὼν ἀλκὴν δορὸς, *CUI conferens robur hastæ*, apertè respicit ad eum, de quo in præcedentibus Poeta locutus est. Alius non est, respondit ETASTES, quàm Alexander M. Hunc enim ab Æaco Dardanoque progenitum, THESPROTIUM simul & CHALADRÆUM LEONEM appellat, aitque, *eversurum præcipitem cognatorum, id est Persarum, domum, coacturumque meticulosos Argivos proceres adulari CHALADRÆO DUCI LUPO.* Benè hoc, inquit DULODORUS; Lux enim loco huic inde clarissima affulget. Probè distinguendus est *Chaladræus Dux Lupus à Chaladræo Leone.* Chaladræus Leo est Alexander M. qui Græcos, aut Argivos proceres, coegit adulari deinceps Duci Chaladræo Lupo, sive *Regi Macedoniæ*, cùm quo Rege Macedoniæ, post sextam, ab Alexandro videlicet, ætatem, quendam consanguineorum suorum Luctatorem bellum conferturum Cassandra canit, & verè: Consanguinei Cassandræ fuére Romani, idque ob Æneam à Troja profugum. Sextus ab Alexandro fuit Philippus Demetrii filius, Antigoni Gonatæ nepos, Demetrii Polyorcetæ abnepos, Antigoni Asiæ Regis Atnepos, ejus, qui post Alexandrum M. in Asia rerum potitus est: adeò ut si Alexandrum M. connumeres, utique sextam generationem apertè efficias, & tutò proinde, ut sub *Consanguineis* Romanos, ita sub *Luctatore* T. Quintium Flaminium intelligas, à quo Philippus & in Faucibus Epiri, & deinceps in Thessalia victus est, dum Attalus Rex Pergami, & L. Quinctius Consulis frater, navali prælio classem Regiam superarent: quibus cladibus fractus Philippus pacem & petiit & obtinuit. Vides rationem, cur Poeta cecinerit, *Luctatorem TERRA MARIque robur hastæ cum Chaladræo Lupo contulisse?* cur item *ad Compositiones venisse, indeque acceptis spoliorum primitiis sum-*

summum amicorum celebratum esse; Philippus enim mille talenta Romanis pendere coactus est, & pace constitutâ Romanorum amicus fuit, tantus, ut remissionem & pecuniæ & filii obsidis, suâ in Romanos fide meruerit. Nisi ætas Poetæ obstaret, subjecit ETASTES, his tuis placitis acquiescerem; cùm autem hunc Philippo multò vetustiorem Scholiastæ Hephæstionis faciant, licebit bonâ tuâ cum veniâ dubitare. Sanè, si vidit, quæ post eum evenére, spiritu magis fatidico videbitur cecinisse, quàm ipsa Cassandra. Audiamus verba, inquit DULODORUS; sine his enim veritas incassum quæritur. Ea ecce! respondit ETASTES. Ἑπτὰ, inquit, λέγεται εἶναι τραγῳδοί, διὰ καὶ Πλειὰς ὠνομάσθησαν· ὅτι Πτολεμαίου γεγόνασιν οὗτοι, ἄριστοι τραγικοί. εἰσὶ δὲ οὗτοι. Ὅμηρος νεώτερος, Σωσίθεος, Λυκόφρων, &c. Et alius: Ἐπὶ τῶν χρόνων Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου ἑπτὰ ἄριστοι γεγόνασι τραγικοὶ, οὓς Πλειάδα ἐκάλεσαν, διὰ τὸ λαμπροὺς εἶναι ἐν τῇ τραγικῇ, ὥσπερ ἄστρα τὰ ἐν τῇ Πλειάδι. εἰσὶ δὲ οὗτοι. Ὅμηρος οὐχ ὁ Ποιητὴς ἀλλ' ὁ Μυροῦς υἱὸς τῆς Βυζαντίας Ποιητρίδος, καὶ Σωσίθεος καὶ Λυκόφρων, &c. His testimoniis apertum est, floruisse Lycophronem temporibus Ptolemæi, & quidem, ut ex altero liquet, Philadelphi; Quot autem anni à morte Ptolemæi Philadelphi ad pacem Philippi cum Romanis elapsi sunt? Et annon hi allatam hujus loci interpretationem videbuntur excludere? Non arbitror, respondit DULODORUS. Intervallum est annorum, si rectè metior, quinquaginta quatuor. His si addas triginta, quibus sub Ptolemæo vixisse poterit, ætas erit sub pacem cum Philippo annorum octoginta quatuor. Et quis hanc humanâ periodo majorem judicabit? cùm tamen hodiénum homines vel ultra annos centum interdum assurgant. Si de ætate Lycophronis constaret, excepit ETASTES, Tibi accederem. Nunc autem non constat, imò Scholiastarum testimonia contrariantur. Scholiastarum testimonia, respondit DULODORUS, nihil omninò contrariantur; Non enim dicunt, Ptolemæi tempore Lycophronem *mortuum esse:* imò nec *floruisse;* sed cum cæteris *surrexisse.* γεγόνασι, *nati sunt,* inquiunt, adeòque juventutem apertè arguunt, minimum tantam, ut senectus ad pacem Romanorum cum Philippo pertingere potuerit. Potuisse eô usque pertingere, excepit ETASTES, forsan cesserim; At pertigisse, qui potero, nullâ veterum authoritate adjutus? Alia non opus est, respondit DULODORUS, ac ipsius hôc locô Lycophronis, qui sanè, nisi eò usque vixisset, sextam ab Alexandro M. generationem, ejusque gesta, huic suo Poëmati inserere non potuisset. Quicquid sit. Ego hoc credere, indeque Lycophronem hoc Poema jam senem edidisse, colligere, nihil omninò dubito, quanquam juxta meliora tradituris facilè assurrecturus sim. His ita deductis aliæ DULODORO Literæ ex Dania redditæ sunt. Eas cùm aperuisset, reperit DISSERTATIONEM

DE

DE NUMMO
SUECICO ÆREO,
Per errorem Francicorum
SEVENENSIBUS ADSCRIPTO,
Nunc verò detecto, & ab Errore liberato,
monstrante

OTHONE SPERLINGIO,
Consiliario Regio J. U. D.
Professore publico Historiæ & Eloquentiæ in Academia Illustri Hafniensi Equestri, & Collega perillustris Societatis Anglicanæ.

HAnc ETASTÆ prælegit DULODORUS; At ILLE, quid judicas? inquit. Annon suis numeris absoluta est? Veritas de Nummo, respondit DULODORUS, pro Authore stat: Sed miror Ego, quòd pagina 5. & 6. *Berolinensibus* errorem adscribat, non semel, sed iteratis vel quater aut quinquies vicibus! Ego sanè ingenuâ fide jurare possum, me nihil horum unquam vidisse: Et si vidissem, arbitror mihi æquè facilè fuisset, errorem detegere, ac Sperlingio, cum plures ejusmodi nummos in Cimeliarchio Regio asservem, & forsan non minus intelligam, licet Hic sibi insigniter hoc partu placere videatur, quando pag. 10. ait. *Novimus HIS LOCIS*, quid (literæ I. O. R. S. M.) *significent*. At an hæc tam profunda notitia adeò jactari meretur? Arbitror & alios nosse: Arbitror & nosse *Berolinenses*, quibus & ipsis crebra cum Suecis commercia sunt, licet forte unus aut alter advena ignoret. At an scriptum id Tibi notum est, ETASTA? Est, inquit ILLE, & simul inter Chartas suas reconditum produxit. Eò patuit, nullo authore id à Bibliopola Gallico vulgatum esse, cui nomen DUSARRAT. Papæ! exclamavit illicò DULODORUS: Quis aviditatem ejusmodi hominum ignorat? Lucrum venantur vel ex falsissimis. Ita est, inquit ETASTES; Sed hic *Bibliopolam Aulæ* se scripsit, imò & *Prototypon in Aulam missum* vel inscriptione fatetur. Hoc factum esse, reposuit DULODORUS, nunquam audivi. Forsan Aulam Gallicam intelligas? Rectè dicis, inquit ETASTES. Nunc enim recordor, hoc ita ab ipso Bibliopola dilucidatum esse, nam erant, qui dubium hoc ei moverent. Minimum, subjecit DULODORUS, Sperlingius malè fecit, quod loco Bibliopolæ, cujus Nomen scripto adjectum est, ipseque in suo repetiit *Berolinenses* in genere invasit. Quid diceret, si ob unius Hafniensis noxam, aliquis Hafnienses *nocentes* scriberet; Iniquè sanè Hafnienses id animo ferrent, nec frustrà. Quidni igitur iniquè ferant & Berolinenses, quod unius error omnibus in genere adscribatur? Vides ETASTA, Sperlingium, licet de nummô bene sentiat, in modo tamen enormiter peccasse. Sed manum de Tabula! Ejusmodi enim in vulgus nota, quo fructu iterabimus? Substitit DULODORUS. ETASTES autem Gratias egit, & ad sua regressus est.